



131 d 87/22

R. 4 . 9<sup>c</sup>

T. Pat. 1.

Test. Gr. 1





# PATROLOGIÆ CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA  
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS  
ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

## RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSISTERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA  
ECCLESIAE SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS,  
PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ;  
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS  
DETECTIS AUCTA ;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUIUS MOMENTI  
SUBSEQUENTIBUS, DONATA ;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM  
DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM  
ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

ACCURATIS ET AMPLIIS INDICIBUS LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUBIIS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO  
SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE  
PATRUM, ARSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUOLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ;  
ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBIVIUM QUINAM PATRES ET  
IN QUIBUS OPERUM SCORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERBUS,  
A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPTIS, COMMENTATI SINT.

OMNINO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS,  
CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS  
TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER  
SIMILIS, PRÆTII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,  
SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM,  
PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES,  
LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

## SERIES GRÆCA

IN QUÀ PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIAE GRÆCÆ  
A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIAE, IN DEAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA ; LATINA,  
JAM INTEGRÆ EXARATA, VICINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET VILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA  
DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET  
PORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEEDIT NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA  
QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE  
VERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRÆTII HUIUS BENEFICIO FRUATUR EMPITOR,  
COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM, CUIUSQUE VOLUMINIS AM-  
PLI-TUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRÆTIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XXVIII.

S. ATHANASII ALEXANDRINI ARCHIEPISCOPI.

EXCUDERATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,  
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER NOMINATAM  
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857





SÆCULUM IV.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

# ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

## S. P. N. ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT

*VEL QUÆ EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,*

AD MSS. CODICES GALLICANOS, VATICANOS, ETC., NECNON AD COMMELINIANAS LECTIONES CASTIGATA,  
MULTIS AUCTA : NOVA INTERPRETATIONE, PÆFATIONIBUS, NOTIS, VARIIS LECTIONIBUS  
ILLUSTRATA : NOVA SANCTI DOCTORIS VITA, ONOMASTICO, ET COPIOSISSIMIS  
INDICIBUS LOCUPLETATA, OPERA ET STUDIO MONACHORUM ORDINIS  
S. BENEDICTI E CONGREGATIONE S. MAURI,

*NOVISSIMIS NUNC CURIS EMENDATIORA, ET QUARTO VOLUMINE AUCTA :*

ACCURANTE ET RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSI,

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORÆ.

---

TOMUS QUARTUS.

---

VENIUNT QUATUOR VOLUMINA 45 FRANCIS GALLICIS.

EXCŪDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,  
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER NOMINATAM,  
SEU PETIT-MONTRŪGE.

1857



# ELENCHUS

## AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO XXVIII CONTINENTUR

### S. ATHANASII ALEXANDRINI ARCHIEPISCOPI.

<b>DUBIA.</b>			
De Incarnatione Dei Verbi.	col. 25	Sermo in cæcum a nativitate.	4001
Festimonia ex Scriptura sacra.	29	Homilia in illud Matthæi: <i>Ite in castellum</i> ,	4023
Epistola catholica.	81	etc.	4033
Refutatio hypocrisis Meletii et Eusebii Sa-		Homilia in illud: <i>Eunte autem illo</i> , etc.	4047
mosatensis.	85	Homilia in sanctam quintam feriam.	4053
De Incarnatione Dei Verbi.	89	Sermo in Parasceven.	4061
De æterna Filii et Spiritus sancti cum Deo		Homilia in SS. Patres et prophetas.	4073
existentia, et contra Sabellianos.	95	Sermo in sanctum Pascha.	4081
Quod unus sit Christus.	121	Sermo in sanctum Pascha et recens idemina-	4091
De Sabbatis et circumcissione.	133	tos.	4091
Homilia de semente.	143	Sermo in Assumptionem Domini.	4101
In illud: <i>Profecti in pagum</i> , etc.	169	Sermo in sanctum Andream.	4107
In passionem et cruceum Domini.	185	Sermo alius.	4115
De virginitate.	251	Dialogus I De Trinitate.	4157
Synopsis Scripturæ sacræ.	283	Dialogus II De Trinitate.	4201
		Dialogus III De Trinitate.	4249
		Dialogus IV De Trinitate.	4255
		Dialogus V De Trinitate.	4289
		Sermones XX contra diversas hæreses.	4395
		Syntagma ad quemdam pontificum.	4409
		Sermo iis qui sæculo renuntiaverunt.	4421
		Doctrina ad monachos.	4427
		De templo Athenarum.	4431
		De corpore et anima.	4439
		De S. Trinitate.	4439
		Disputatio cum Ario coram Probo iudice,	4439
		lib. II.	4441
		Pontificum Romanorum et Athanasii epi-	4485
		stolæ.	4537
		Vita S. Syncreticæ.	4557
		Exhortatio ad monachos.	4561
		Exhortatio ad Sponsam Christi.	4562
		Epistola Athanasii ad episcopos Persarum.	4581
		Epistola Dionysii Alexandrini ad Paulum	4585
		Samosatensem.	4585
		Symbolum <i>Quicumque</i> cum Græca versione.	4587
		Secunda formula Interpretationis Græcæ	4591
		Symboli <i>Quicumque</i> .	4595
		Tertia formula Græcæ.	4603
		Quarta formula Græcæ et Latine.	4605
		Bisæ formulæ Gallico idiomate perantiquo.	4637
		Commentarius in Symbolum <i>Quicumque</i> .	4643
		De Trinitate opusculum.	
		De Paschate opusculum.	
		* Addenda ex codicibus Naniæ.	
		Ordo editionum.	



## PRÆFATIO.

Innato proles amore factum plerumque, ut mediocris facultatis homines ac rusticani in divitum principumque domos filios submittrent : et facile sibi eorum iacturam ferendam putabant, dum ad pinguiorem illi fortunam ceu ex transverso et invita natura accederent. Idipsum dolo consimili ab innumeris pene, nec ingenio minus quam ætate disparibus, admissum deprehendimus, qui cum nec fama valerent, nec suapte opera nomen sibi parere posse confiderent, mutuo Athanasii nomine, aliquam sperabant scriptis suis adjici dignitatem. Hinc evenit, ut tot tantaque opera Athanasium ementiantur. Neque tamen hæc una fuit tam immanis accessionis causa : nam multa quoque, olim ἀδίσποτα, cum in librariorum manus incidissent, pari ipsorum temeritate, eidem ascripta fuere. Hujusmodi ausus, quanti quanti fuerint, ferendi fortasse erant, si viri solum ingenio atque arte scribendi præditi suos fetus Athanasio commodasset : at contra accidit ut plerumque imperitorum hominum et insulsoꝝ nugis male auctus sit tam peritus artifex. Hinc germana nœnisi interruista fœdataque in prius editis conspicimus. Hinc inepta illa et ἀνορθώσιμα, prodeunt, *Liber De definitionibus, Historia imaginis Berytensis*; quin illam memoramus *Melchisedeci historiam*, γέλοιοꝝ sane, ni fortasse malis fastidium quam risum illa moveri? Nec audiendus ille auperus, qui non diu hoc opus Athanasio asserere nitēbatur. An Melchisedecum hujusmodi depingat Athanasius; qui post exactum in saltibus septenuii otium sponte loricatedus prodit, pelle iastar testudinis occallente, vulturinis unguibus, corpore pills ita horrente, ut ursum diceret? Nimirum, ut ait Tullius (a), *Hoc vitio cumulata est eruditissima illa Græcorum natio : itaque quod vim hujus mali Græci non vident, ne nomen quidem ei vitio imposuerunt. Ut enim quæras omnia, quomodo Græci ineptum appetent, non reperies.* Addiderim ne apud Latinos quidem vocem hujusmodi nugis dignam reperiri.

His tamen, quantavis φλοσφίᾳ conspergantur, id conficitur; et cum Athanasio plura quam alii Patribus spuria ascripta fuerint, palam videatur ille majore quam cæteros eruditionis et doctrinæ fama fuisse et quidem apud peritos juxta atque imperitos; quando inter multa quæ nunci et nihili sunt, non spernenda alia comparent, neque talia de quibus sit Athanasio erubescendum. Erubescendum iis erat potius, qui fictam submisere prolem : nam æque illiberate est sua aliis se dignioribus ascribere, atque labore alieno parta in se transmovere. Sed erunt fortasse qui litem moveant : Quid igitur, aient, illa quæ tute luce indigna arbitrare, non exegisti? quid tam multa ejus generis hactenus ignota et tenebris eruiti? Verum præsto est quod respondeatur : ut nostrum fuit dubia et spuria a germanis excernere, haud ita licuit nobis ea rescare. Inter spuria rerensens, quia eo videntur certis de causis ablegata oportere : erunt fortassis quibus alia sit opinio, qui facultatem judicii ea de re ferendi præreptam sibi fuisse indignæ ferent. Ad hæc, quamplurimis eruditione præclaris hominibus obtemperamus, qui quæ nomen Athanasii præferunt, omnia volunt publici esse juris, aiuntque nulla eorum carere suo fructu. Quomobrem si quibus horum lectio displiceat, ea nullo dispendio missa faciant, nec invadeant iis quibus lustrare omnia et in singulis judicium exercere animus est.

A quibus autem isthæc tam multa sint elaborata, quis tam lynceus qui perspicere queat? Unum scimus, jam fere a tempore usque Athanasii cœpisse nonnullos sua Athanasii nomine insignire : sequentibus exinde ætätibus fraudem ceu fluxu quodam ubique pervagatam esse, et postremo ad Latinos ex Græcia dimanasse. Hisce omnibus mirum in modum, sed damno suo uti diximus, auctus est sanctus Doctor. Pauca tamen sunt, quæ auctorum nomina in quibusdam codicibus præferant, ut cuique videre est in hujusce torni decursu. Ætatem vero singulorum quantum in nobis situm fuit assignavimus. Ad ea que in prius editis existant, permulta nos ex tenebris eruta, ut mox dicebamus, adjecimus : suppellectilem sane variam, pretio atque utilitate disparem.

Quoniam autem non æque conspicuis notis omnium *voδeta* deprehenditur : sed quedam eorum non tam evidētia signa in utramvis partem referunt : alia veroꝝ vel ipso cultu atque conspectu peregrina sese profitentur, binas in classes hunc tonum distribuere visum fuit. In priore, Athanasii nomine dubia omnia edi curavimus. Et quidem id ultro fateamur, quod cuique nonita nostra legenti subodorari licebit ; videlicet nos, etsi inter incerta isthæc reponamus, plerumque tamen magis propendere in partem negandi : maluisseque adhuc sub iudice litem esse, quam in periculum venire levius profertendi *voδeta* judicii, Athanasioque suas forte lucubrationes abjudicandi. In posteriore ea collocamus quæ aperte spuria sunt, non aliquo serrato ordine, sed ea quæ in prius editis primas tenebant ut fors obtulit, priora ferme reposuimus : alia ut argumenti ratio ferebat una conjunximus. Nec tamen certa regula fuit : et quia se-

(a) *De oratore* l. II.

# ELENCHUS

## AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO XXVIII CONTINENTUR

### S. ATHANASIUS ALEXANDRINUS ARCHIEPISCOPUS.

<b>DUBIA.</b>			
De Incarnatione Dei Verbi.	col. 25	Sermo in cæcum a nativitate.	1001
festimonia ex Scriptura sacra.	29	Homilia in illud Matthæi : <i>Ite in castellum</i> ,	1023
Epistola catholica.	81	etc.	1033
Refutatio hypocrisis Meletii et Eusebii Sa-		Homilia in illud : <i>Eunte autem illo</i> , etc.	1047
mosatensis.	85	Homilia in sanctam quintam feriam.	1053
De Incarnatione Dei Verbi.	89	Sermo in Parasceven.	1061
De æterna Filii et Spiritus sancti cum Deo		Homilia in SS. Patres et prophetas.	1075
existentia, et contra Sabellianos.	95	Sermo in sanctum Pascha.	
Quod unus sit Christus.	121	Sermo in sanctum Pascha et recens illumi-	1081
De Sabbatis et circumcissione.	133	natos.	1094
Homilia de semente.	143	Sermo in Assumptionem Domini.	1104
In illud : <i>Profecti in pagum</i> , etc.	169	Sermo in sanctum Andream.	1107
In passionem et crucem Domini.	185	Sermo alius.	1115
De virginitate.	251	Dialogus I De Trinitate.	1137
Synopsis Scripturæ sacræ.	283	Dialogus II De Trinitate.	1201
		Dialogus III De Trinitate.	1249
		Dialogus IV De Trinitate.	1255
		Dialogus V De Trinitate.	1289
<b>SPURIA.</b>		Sermones XX contra diversas hæreses.	1395
Disputatio contra Arium in concilio Nicæ-	437	Syntagma ad quemdam politicum.	1409
no.	501	Sermo iis qui sæculo renuntiaverunt.	1421
Sermo contra omnes hæreses.	525	Doctrina ad monachos.	1427
Historia Melchisedec.	551	De templo Athenarum.	1431
Epistola ad Jovianum imp.	553	De corpore et anima.	1439
Liber de Definitionibus.	553	De S. Trinitate.	
Doctrina ad Antiochum.	589	Disputatio cum Ario coram Probo iudice,	1439
Ad Antiochum de poësis inferni.	597	lib. II.	
Quæstiones ad Antiochum.	699	Pontificum Romanorum et Athanasii epi-	1444
Quæstiones in Evangelia.	709	stolæ.	1485
Fragmentum de imaginibus.	711	Vita S. Syneclicæ.	1557
Quæstiones in Scripturam.	773	Exhortatio ad monachos.	1557
Quæstiones alie.	797	Exhortatio ad Sponsam Christi.	1561
Historia imaginis Berytensis.	805	Epistola Athanasii ad episcopum Persarum.	
Aliud ejusdem Historiæ exemplar.	813	Epistola Dionysii Alexandrini ad Paulum	1562
Aliud ejusdem exemplar Latine.	819	Samosatensem.	1581
Aliud exemplar Latine.	825	Symbolum <i>Quicumque</i> cum Græca versione.	
Sermo contra Latinos.	831	Secunda formula Interpretationis Græcæ]	1585
Syntagma doctrinæ.	845	Symboli <i>Quicumque</i> .	1587
Monasticæ vitæ institutio.	849	Tertia formula Græcæ.	1591
Epistola 1 ad Castorem.	871	Quarta formula Græcæ et Latine.	1595
Epistola 2 ad Castorem.	905	Binæ formulæ Gallico idiomate perantiquo.	1603
Homilia in Nativitatem Præcursoris.	913	Commentarius in Symbolum <i>Quicumque</i> .	1605
Sermo in Annuntiationem Deiparæ.	939	De Trinitate opusculum.	1657
Sermo in descriptionem sanctæ Mariæ.	959	De Paschate opusculum.	1643
Sermo in Nativitatem Christi.	973	* Addenda ex codicibus Nanianis.	
Sermo in occursum Domini.		Ordo editionum.	

## PRÆFATIO.

Inano proles amore factum plerumque, ut mediocris facultatis homines ac rusticani in divitum principumque domos filios submitterent: et facile sibi eorum jacturam ferendam putabant, dum ad pinguiorem illi fortunam ceu ex transverso et invita natura accederent. Idipsum dolo consimili ab innumeris pene, nec ingenio minus quam ætate disparibus, admissum deprehendimus, qui cum nec fama valerent, nec suapte opera nomen sibi parere posse confiderent, mutato Athanasii nomine, aliquam sperabant scriptis suis adjici dignitatem. Hinc evenit, ut tot tantaque opera Athanasium ementiantur. Neque tamen hæc una fuit tam immanis accessionis causa: nam multa quoque, olim ἀδίσποτα, cum in librariorum manus incidissent, pari ipsorum temeritate, eidem ascripta fuere. Hujusmodi ausus, quanti quanti fuerint, ferendi fortasse erant, si viri solum ingenio atque arte scribendi præditi suos fetus Athanasio commodassent: at contra accidit ut plerumque imperitorum hominum et insulsorum nugis male auctus sit tam peritus artifex. Hinc germana næniis internusta fœdataque in prius editis conspicimus. Hinc inepta illa et ἀποσδιόνοσα, proleunt, *Liber De definitionibus, Historia imaginis Berytensis*; quin illam memoramus *Melchisedeci historiam*, γέλοιον sane, ni fortasse malis fastidium quam risum illa moveri? Nec audiendus ille nuperus, qui non diu hoc opus Athanasio asserere nitēbatur. An Melchisedecum hujusmodi depingat Athanasius; qui post exactum in saltibus septennii otium sponte loricated prodit, pelle iastar testudinis occallente, vulturinis unguibus, corpore pilis ita horrente, ut ursum diceres? Nimirum, ut ait Tullius (a), *Hoc vitio cumulata est eruditissima illa Græcorum natio: itaque quod vim hujus mali Græci non vident, ne nomen quidem ei vitio imposuerunt. Ut enim quæras omnia, quomodo Græci ineptum appellant, non reperies.* Addiderim ne apud Latinos quidem vocem hujusmodi nugis dignam reperiri.

His tamen, quantavis φλυαρίη conspergantur, id conficitur; ut cum Athanasio plura quam alii Patribus spuria ascripta fuerint, palam videatur ille majore quam cæteros eruditionis et doctrinæ fama fuisse et quidem apud peritos juxta atque imperitos; quando inter multa quæ nunci et nihili sunt, non spernenda alia comparant, neque talia de quibus sit Athanasio erubescendum. Erubescendum iis erat potius, qui fictam subuisere prolem: nam æque illiberale est sua aliis se dignioribus ascribere, atque labore alieno parta in se transmovere. Sed erunt fortasse qui litem moveant: Quid igitur, aient, illa quæ tute luce indigna arbitrare, non exegisti? quid tam multa ejus generis hactenus ignota et tenebris eruiti? Verum præsto est quod respondeatur, ut nostrum fuit dubia et spuria a germanis excernere, baud ita licuit nobis ea rescere. Inter spuria reensemus, quia eo videntur certis de causis ablegata oportere: erunt fortassis quibus alia sit opinio, qui facultatem judicii ea de re ferendi præreptam sibi fuisse indigne ferent. Ad hæc, quamplurimis eruditione præclaris hominibus obtemperamus, qui quæ nomen Athanasii præferunt, omnia volunt publici esse juris, aiantque nulla eorum carere suo fructu. Quamobrem si quibus horum lectio displicat, ea nullo dispendio missa faciant, nec invidcant iis quibus lustrare omnia et in singulis judicium exercere animus est.

A quibus autem isthæc tam multa sint elaborata, quis tam lynceus qui perspicere queat? Unum scimus, jam fere a tempore usque Athanasii cæpisse nonnullos sua Athanasii nomine insignire: sequentibus exinde ætætibz fraudem ceu fluxu quodam ubique pervagatam esse, et postremo ad Latinos ex Græcia dimanasse. Hisce omnibus mirum in modum, sed damno suo uti diximus, auctus est sanctus Doctor. Pauca tamen sunt, quæ auctorum nomina in quibusdam codicibus præferant, ut cuique videre est in hujusce tomi decursu. Ætatem vero singulorum quantum in nobis situm fuit assignavimus. Ad ea quæ in prius editis exstant, permulta nos ex tenebris eruta, ut mox dicebamus, adjecimus: suppellectilem sano variam, pretio atque utilitate disparem.

Quoniam autem non æque conspicuis notis omnium *voδeta* deprehenditur: sed quædam eorum non tam evidentiâ signa in utranvis partem referunt: alia vero vel ipso cultu atque conspectu peregrina sese profitentur, binas in classes hunc totum distribuere visum fuit. In priore, Athanasii nomine dubia omnia edi curavimus. Et quidem id ultro fateamur, quod cuique monita nostra legenti subodorari licebit; videlicet nos, etsi inter incerta isthæc reponamus, plerumque tamen magis propendere in partem negandi: maluisseque ad hoc sub iudice litem esse, quam in periculum venire proferendi *voδeta*z judicii, Athanasioque suas forte lucubrationes abjudicandi. In posteriore ea collocamus quæ aperte spuria sunt, non aliquo servato ordine, sed ea quæ in prius editis primas tenebant ut fors obtulit, priora ferme repositimus: alia ut argumenti ratio ferebat una conjunximus. Nec tamen certa regula fuit: et quia se-

rius nonnulla accedebant, priorem in vacuum locum casu magis quam consilio conjecta sunt : et consilio opus in rebus inconsulta multorum temeritate consarcinatis? Homiliae tamen omnes una cohererent, servato rerum quæ aguntur ordine.

His autem notis, his tesseris dubia et aliena a germanis internoscimus : primo ex frequenti Athanasii operum tractatione, ceu gustus quidem legenti inhæret, ejus ope haud facile sit ipsi fucum facere; cum maxime arduum sit quantumvis perito nativam Athanasii elegantiam cemeritri. Et quidem multa eveniunt, quæ si vel primoribus quidem labris attingas, statim respuas ut peregrina et ab Athanasii illa *ἑνεργεῖται* abborrentia. Hujusmodi sunt *Disputatio contra Arium*, in synodo Nicæna, *Sermo contra omnes hæreses*, *Historia Melchisedeci, Liber De definitionibus*, et alii ejusdem farinae libelli. Etiam si vero in melioris notæ opuscula incidamus, dum in genere polemico versentur, in quo cernimus pene totam Athanasii ætatem esse contritam, haud magno labore a fraudulentis scriptoris artificio nos explicemus : cum vix ulla ars illum tot anuorum usum, illam sponte fluentem eloquentiam consequi possit. Cum autem alio genere scribendi exarata sunt, quo vel nulla vel paucissima ediderit Athanasius, tum laboris et consilii res est. Investiganda scilicet doctrina, verba singula inspicienda, sententiæ ponderandæ, num alienæ ab ætate, ab auctore, ab Ecclesiæ usu. Difficile sane nihil ejusmodi deprehendi in spuris. Si notæ quædam hujusmodi occurrant, et tale opus ab antiquo nemine laudetur, jam augetur suspicio. Neque tamen illico ferenda adversum sententia, nisi alia ex mox enarrandis nota compareat. Nam sunt alia gravissima signa quibus lis solvatur. Cum hæreses scilicet subsequentium ætatum impugnantur, etiam tacito hæreticorum nomine : namque si nomen adest, nec conjectura subest aliqua fuisse amanuensium temeritate adjectum, nulla mora fertur vobiscum judicium. Si in manuscriptis inscriptio ita variat, ut in aliis Athanasii, in aliis alterius scriptoris nomen compareat : signum videtur manifestum, esse totum Athanasio abjudicandum : nam si primitus Athanasii nomen tulisset inscriptio, ne cogitasset quidem amanuensius alterius nomen substituere ; cum tanta sit celebratissimi doctoris auctoritas, ut stultum esset ab alio majorem mutuari. Et sane nullum vidimus ex genuinis Athanasii, alterius præferre nomen in codicibus. Evidentissimum suppositionis argumentum est, cum Patres Athanasio suppare aut omnino inferiores laudantur : nam tum vel ex ignorantia scriptoris prodit anachronismus, vel inconsulto amanuensium ausu Athanasii nomen præfixum operi fuit. His usus sum tesseris ; quæ tamen nunc leviter perstringo, quia fusius suis locis. Undenam singula prodeant, videsis in mox sequenti recensione codicum mss. et editorum.

Præter ea autem quæ hic exstant cusa, alia permulta sunt, quæ cum proxime præteritis sæculis fraudi opportunioribus impune Athanasium ementita fuissent, instaurato demum litterarum usu, ex Athanasianis ejecta sunt. Inter hæc annumerantur Commentaria Theophylacti in *Epistolas Pauli*, in prioribus Gallie editis cusa ad frontem operum S. Athanasii, quæ deinde Vulgarii, sive Bulgarii, aut potius Theophylacti Bulgarorum episcopi esse deprehensa sunt, et jam ejusdem nomine Græcæ et Latine circumferuntur. Non defuere item, qui libros Hilarii *De Trinitate* Athanasio ascriperint, quorum sententia ne confutatione quidem eget : et probe opus illud Hilario assertum fuit in postrema ejus operum editione a nostris adornata. Dialogus quoque Joannis Damasceni *contra Manichæos* in Regio codice num. 2502 ascribi a nonnullis Athanasio dicitur : sed γυφασος Damasceni fetus est, ut pluribus commonstrabit vir eruditus P. Lequien, ordinis Prædicatorum, in ea quam parat Damasceni operum editione. Vere tamen Athanasius Manichæos, quorum ingens sua tempestate numerus, scriptis est adortus : a ejusmodi scripta cum innumeris aliis injuria temporum extincta sunt. Et plane demiror Græcutorum oscitantiam, qui dum spuria sexcenties exscriberent, germana ita neglexerunt, ut incuria perierint. Ut conjectare porro licet, non dialogi more Manichæos Athanasius est aggressus : nam ejus ævo hoc scribendis opera minus erat frequentatum. In codicibus Anglicanis homiliae in *Christi ortum*, quæ inter Chrysostomi genera comparent, Athanasii item nomen preferunt. Earum meminimus in monito ad homiliam *De ortu Christi*, p. 350 (n). Quod autem attinet ad orationes illas dialecticas Athanasii in Nicæna synodo præsentæ Constantino Magno habitas, memoratas a Felckmanno, quas narrat M. Crusius Constantinopoli apud illustrissimum principem Jacobum Marmoritam eo tempore repertas fuisse, vix putarim diversas a *Disputatione contra Arium*, quæ in spuris agmen agit : permulti namque ejus codices in variis bibliothecis exstant. In *Vitis sanctorum Siculorum*, ab Octavio Cajetano, Syracusano, Societatis Jesu, Panormi editis anno 1657, p. 24, exstat nomine Athanasii archiepiscopi Alexandrini *Vita S. Philippi Aggryensis*, vulgo *Aggryionis*, ex monte Aggryone in Sicilia. Is, ut vulgo narrant, a B. Petro apostolo in Siciliam missus fuit, obiitque anno Christi 90, die 12 Maii. Verum in hujusmodi commento refutando operam ludere otiosi hominis esset. Christiani Copti, seu Ægyptii, hymnum *Gloria in excelsis*, Coptice translatum tribuunt Athanasio. Sed cum nec a Græcis, nec a Latinis tanto doctori ascriptus unquam fuisse memoretur, verisimile est Coptos ipsos, stupendæ gentem ignorantia, quos penes plurimum auctoritate valet Athanasius, id operis inconsulte ipsi tribuisse. Ad hæc Leontius Byzantinus libro *Adversus fraudes Apollinaristarum* ait, solemne fuisse

(a) Hic et infra paginas intellige editionis Venetæ quas typis grandioribus expressimus. Eorr.

Apollinarii discipulis libros magistri sui Julii modo, mox Gregorio Thaumaturgo, modo Athanasio ascribere. Sed hujusmodi libri falso inscripti ad nos usque minime pervenerunt. Nec modo Apollinarii, sed etiam Eutychie et Dioscori; en verba Leontii: *Quidam ex heresi Apollinarii vel Eutychie vel Dioscori, cum vellent suam heresim confirmare, quasdam orationes Apollinarii Gregorio Thaumaturgo aut Athanasio aut Julio inscripserunt, ut simpliciores fallerent, quod quidem perfecerunt. Auctoritate enim hujusmodi personarum fide digna, multos Ecclesie catholice capere potuerunt. Et apud multos ex recte credentibus reperire poteris librum Apollinarii, cui titulus Ἡ κατὰ μέρος πίστις, Fides particularis, inscriptum Gregorio, et quasdam ejus epistolas inscriptas Julio: et alias ejus De Incarnatione orationes vel expositiones Athanasio inscriptas: cujusmodi est quæ inscripta est Expositio, consentiens cum Expositione trecentorum decem et octo: neque solum has, sed alias hujusmodi. Fiet autem ibi hoc manifestum, et cuius veritatis studioso ex iis quæ in medium afferemus tum ipsius Apollinarii, tum discipulorum ejus, etc.* Et vero qui in spuris agmen agit libellus *De Incarnatione*, in suspicionem venit, quod ex officina Eutychieanorum Athanasii nomine proliterit.

Quamquam porro crebris admonitionibus in hujusce tomi decursu quid de quolibet opusculo ferret animus commemoravimus, quia plerumque carptim tetigit, imus singula; jam quod εὐερέως φρονεῖται exploratum fuit adnotemus. De libello in fronte operum posito, cui titulus, *De Incarnatione*, in Monito ibidem pluribus actum. *Testimonia vero Scripture sacre* quod spectat, vidi eruditos et enuntæ naris homines qui Athanasio posse ascribi astimarent. Et sane aliqua est hujusce libri affinitas cum epistola prima ad Serapionem et cum libro *De Incarnatione*, p. 695 tomi primi (a). Ibi enim, ut in hoc opusculo, locis ex Veteri ac Novo Testamento mutuatis Trinitas et trium personarum æqualitas demonstratur. Verum infirma ratio: tale quippe scribendi genus est, ut quisquis rem aggredietur, cum alio simile opus agenti stylo conveniat. Alioquin vero non sat sibi constat scriptor iste; sed postquam de Trinitate ad usque articulum 36 verba fecit, illico rem disparatam ingreditur; Judæos scilicet, filios tenebrarum, exagitat. Articulus autem 49 de blasphemia in Christum, Athanasii esse nequit: nam acerbè satis iste carpitur Origenes: qui a sancto præsule semper cum honore laudatus ac vindicatus fuit. A quæstione 50 ad finem usque diversi res argumenti aguntur: unde forte suspicio nascatur totum opus esse centonem.

*Epistola Catholica* (b). Diximus ambigere nos an Athanasii sit, necne, ob quasdam adjectas ibi suspicandis causas: et inter alias, quia in titulo voce συναπιστοκος utitur quisquis ejus auctor est, cum contra solet Athanasius episcopus συλλειτουργός vocare; et si quando vox συναπιστοκος tomo primo occurrit, non in Athanasianis vulgo, sed in epistolis alienis, ab eo in medium adductis reperitur. Vocem item σύμβολον, quæ ibidem comparet, diximus non usu venire in germanis Athanasii. Verum secundum istam editam admonitionem allatum nobis Roma symbolum fuit, ita, nempe σύμβολον nuncupatum, si tamen hujusmodi nomen non amanuensium fuerit. Nimirum conjecturæ sunt suapte sponte leves, quæ se junctim posite non rem conficiant; at cum multæ una coeunt, argumenti loco esse possint. Sane multa alia hic peregrinum olent: ipsisima scilicet vox, *Catholica*, quæ miror si vel ab Athanasio, vel ab æqualibus usquam in epistolarum inscriptionibus usurpator, nisi cum de septem epistolis apostolorum quæ Catholice vocantur, est sermo. Illud item θεῖκον πνεῦμα non est, ni fallor, Athanasio in usu, qui vulgò aut θεῖον aut ἄγιον Πνεῦμα dicit. Ad hæc, brevior est epistola quam pro rei dignitate, nec solet ille res tantæ ponderis, ita carptim agere. In *Refutationem hypocrisis Meletii*, et in subsequentes libros *De Incarnatione*, contra Sabellianos, atque in illum alium cui titulus: *Unum esse Christum* quæ ibidem præmonimus satis sunt.

*Sermo de Sabbatis et circumcissione* minores forte quam cætera præfert suspicionis notas, et præter styli discrepantiam, remissioris videlicet, quam sit Athanasianus, vix aliud deprehendo quod in ἀποπταῖν conjiciat. Secus autem homilia *De semente*, contra quam in dies crescent suspensiones: in multis sane istæ voces offendimus Athanasio minime familiares, verbi causa κατασπορεύς, ἐμβαδύνομαι, σπόρος εὐδυταιγῆς, et similia non pauca. Aberrat quoque subinde a scopo scriptor iste, et sese subito intercipit; dimissaque re quam tractat, disparatam ingreditur, a qua perinde discedit, ac si huc illic impulsus oberraret. In eam vero quæ hæc excipit homiliam, quæ præmissimus, etsi paucissima, satis sunt. Homiliam *De passione et cruce Domini* (c) etsi abjudicandam Athanasio arbitramur, in codicibus tamen perantiquis ejus fragmenta Athanasii nomine afferuntur: unde propalam fit a multis retro sæculis Athanasii nomen præferre.

*Sermon De virginitate* oratio tota effluit, nervis, salibus et πῶ εὐδωκῆ destituta; hocque siguo sese proferi videtur alio quam Athanasio patre natum. Præterea memoratur hic, hymnus *Gloria in excelsis Deo*, cantus *Alleluia*, versiculus *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto*, cum appendice *Et nunc et semper*, etc.; quorum omnium usus an ævo Athanasii in Alexandria Ecclesia obtineret, valde incertum. Hymni namque *Gloria in excelsis*, qui totus pene legitur libro septimo *Constitutionum apostolicarum*, nulla, ausim dicere, mentio Patribus vel antiquioribus Athanasio vel æqualibus. Cantus *Alleluia*, ut

(a) Nostræ reversionis secundæ. Edit.

(b) Pag. 22.

(c) Pag. 35.

tradit Gregorius papa I. II, epist. 63, cum peculiaris ante fuisset Ecclesiæ Jerosolymitanæ, tempore Damasi translatus Romanus est: memoraturque ab Ambrosio, Augustino, multisque, cum supparibus, tum ætate minoribus. Versus demum, *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto*, usum veniebat quarto sæculo, Basilio auctore, qui diversos ejus proferendi modulos enumerat: obtinuit item Antiochiæ, tempore Leontii episcopi Ariani, Athanasio adversarij, qui cum ad Arianorum usum aque arbitrium haud modice vitavit. Appendicis autem, *Et nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen*, altum isis sæculis silentium. Hæc omnia memorasse Athanasium vix crediderim, atque hinc augetur sicut firma aliunde *voluntas*, quæ in hoc opusculum cadit, suspicio. Cæterum tametsi lectu dignum opus, et pulcherrimis præceptionibus instructum est, non dosunt qui vituperent, et temeritatis nomine traducant dictum illum. Hujus, quisquis tandem sit, auctoris: *Μαρτύρομαι παντί ἀνθρώπῳ, ἀκούοντι τὰ βήματα ταῦτα καὶ ποιοῦντι, ὅτι τὸ ὄνομα αὐτοῦ γραφῆσεται ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ζωῆς· καὶ ἐν τῷ τρίτῳ τάγματι τῶν ἀγγέλων εὐρεθήσεται.* Id est: *Testificor omni homini qui audierit hæc verba, et fecerit ea, quod nomen ejus scribendum sit in libro vitæ, et quod ipse in tertio angelorum ordine sit collocandus.* Sed non arbitror hoc nomine tam aspere excipiendum esse scriptorem istum. Noluit enim in mercedem proborum, ni fallor, tertium angelorum ordinem ita strictim assignare. Sed quia angeli vulgo homines antecellere putantur, cum aliquo inferiore angelorum ordine, qui sese prior menti obtulit, probos ex hac vita migrantem collocandos dixit. Levem aliam huic dicam impingit nuperus scriptor nostras vir, alioqui doctus, qui nec sine convicio hæc ejus verba, *χαριεῖρα Χριστοῦ*, sic Gallice interpretatur, *la dansense de Jésus-Christ*. An hic de tripudio agitur? et quid tam frequenti usu celebratum in Ecclesia, quam choræ virginum Christi sponsarum? Eadem vox in *Vita Syncreticæ* usurpatur, unde palam est frustra esse qui dictum illud inelementius exagitent.

*Synopsis Scripturæ sacræ* (a) laudatum opus et quidem a laudatis viris, non eo inter dubia conjicimus, quo arbitremur Athanasio indignum esse. Equis enim ille tam peritus scriptor, quem pœnitent tantum Elbrum conficisse? Eum sane qui accurate teneat, litterarum divinarum plane belle eruditus habeatur; ita dilucide et docte commemorat quid de distributione librorum Scripturæ sacræ, quid de auctoritate, de tempore, de auctore cujusque libri putandum; ita accurate et sagaciter quod ipse, crebro regustando, notatu dignius compererat, lectori paucis offert. Neque tanta tamen religione, ut acutum decebat, synopses formam consecratur, ut sicubi res explicatu difficilis occurrit, importuna brevitate obscuriorem efficiat: sed cum ita factus opus est, interpretem ægit, et fusius etiam quam Scriptura ipsa, rem commemorat; quo dato spatio, rursus destinatum carpit iter. Diximus in notis ad p. 156 Josephum, cujus ὑπομνηστικῆ quæ postrema in *Synopsi* leguntur et jam primo Græcæ comparant, excerpta sunt, virum fuisse Christianum: secus æstimat Petrus Lambecius, atque Flavius Josephum esse, *Judaicorum antiquitatum* scriptorem, et titulum quemdam ex decimo nono codice theologico affert, nempe: *Μέθοδος Ἰωσήφου ἐκ τῶν ὑπομνημάτων αὐτοῦ, καὶ χρονικῶν συνταγμάτων· πῶς συνέστη τὸ ψαλτήριον, καὶ πῶς οἱ ψαλμοὶ ἐξετέθησαν, καὶ τίνα εἶσι τὰ μνημονεύμενα ἐν ταῖς Γραφαῖς βίβλια, μὴ εὐρισκόμενα δὲ· καὶ τίνα εἶσι τὰ ἐν τῷ τέλει τῷ Δαυὶδ πραχθέντα, καὶ τίνας ἠρμήνευσαν τὸ ψαλτήριον, καὶ πόσοι, καὶ πόσα.* Id est, *Methodus Josephi seu Josipphi ex commentariis et chroniis opusculis illius: quo pacto constitutum fuerit Psalterium, quo modo psalmi editi: quinam libri in Scripturis memorati jam non reperiuntur: quænam in fine* (b) *a Davide facta sunt: quinam Psalterium interpretati sint, quoti et quo tempore fuerint.* Verum ut iudicii tuta ea de re ferendi copia esset, codicem Cantabrigiensem, de quo in notis ibidem, a Patritio Junio in notis ad epistolam Clementis ad Corinthios laudatum, evolendum oporteret. Et fortassis vel ipse loces a Lambecio laudatus solus sit satis, ut Josephum istum Christianum fuisse comprobetur: illa enim postrema verba: *Et quinam Psalterium interpretati sint, quoti et quo tempore fuerint*, argumento sunt, ni labor opinione, aliquot post Christum sæculis hunc Josephum vixisse. Ille siquidem Commentariorum in Psalmos numerus, animum exauget, ut hunc Josephum alium a celeberrimo Josepho arbitremur. Non enim ævo Josephi *Antiquitatum* scriptoris tot commentaria in Psalmos fuisse videntur.

Ne omittamus ea quæ de codice, unde hæc *Synopsis* prodit, habet Felekmannus. *Usæ sunt operæ inquit, textu hujus Synopses Græcæ scriptæ ex vetusto et miris ductibus constante codice, quem ex bibliotheca viri clarissimi Petri Nevetii Doschii curavit vir amplius. D. Bongarsius, quem cum non in omnibus descriptor assecutus sit, quidquid erit discrepantiæ notandum duxi. Quanquam essent etiam non pauca, quæ de interpretatione moneri poterant: imo locorum quoque nonnullorum in ipso veteri codice conjecturæ possent afferri, quæ tamen omnia brevitatis causa, et quod docti per se ipsi in hoc longe optimi monitores sibi erant, omitto.* Quorsum autem evaserit codex ille memoratus a Felekmano ignoratur. Codicem *Synopses* aliquem nec vidi, nec alicubi exstare didici.

*Dialogus contra Ariam* in synodo Nicæna multis nominibus Athanasio abjudicandus: imo vero nec satis consulto commentum hujusmodi meditatus est qui Athanasio attribuit; nam quædam aperte falsa compiectitur, cujusmodi est illud quod ait p. 180, clerici dignitatem Ario ab hæreticis collatam; cum contra

(a) Page. 96

(b) Forte cum titulo, *Εἰς τέλος.*

antiquorum testimonio compertum sit, a Petro et Achilla gradibus ecclesiasticis auctum fuisse indignissimum hominem, quia pro innata vafrilitate speciem frugis præferret: reliqua vide in Monito. Ad hæc autem puto vel ex sola dialogi forma, quæ scribendi ratio, licet multum Athanasio antiquior, non erat Athanasii ævo frequentata, conjecturam aliquam vobiscum oboriri. Nusquam accipimus Athanasium hoc genere dedisse quidpiam: et æqualibus ejus perrarum dialogi more scribere. Verum hæc forma sæculis quinto, sexto, septimo et subsequentibus multum obtinuit: et hujusce toni spuria complectentis pars non modica dialogi sunt.

*Sermo contra omnes hæreses*, ita manifestas peregrinitatis notas vel ipsis amanuensibus præferre visus fuit, ut in plerisque codicibus ad marginem, ξένος καὶ χυδαῖος dicatur, id est, *peregrinus ac fuso remissioneque stylo descriptus*, cui scilicet τὸ εὐτόνον deficiat: ingens profecto styli vitium, quod vel Græculi sentire possint. Fuit autem ex Athanasii operibus expressus, ut lectorem ibidem præmonuimus. De insulso Melchisedeci regis commento (a) jam ultra quam satis sit dictum fuit, pariterque de ἀποστα-  
ματικῶν ad Jovianum imperatorem nuncupato (b), ac de libro *Definitionum*: neque libet hujusmodi nugæ denno agitare, atque, ut ita dicam, repuerascere.

Sequuntur opera ad Antiochum; et præit *Doctrina ad Antiochum principem* à Græculo edita. Hujus tamen beneficio, magnam partem libri *Pastoris*, quæ Græcè nondum data fuerat, recuperamus. Alias vero hæc historia nihil infantius. Æque conspicua est sermonis ad Antiochum vobiscum, necnon subsequentium ad eundem quæstionum. Hoc postremum tamen opus, non indignam quæ legatur: tametsi enim futilibus dictis ac quæsitis identidem aspersum est: at bona malis permista reperias; nihilurum

*Χρυσία χαλκοῖς ἐκατόμυρα ἐννεακόσμων.*

Est inibi (c) locus quem olim vitiosum suspicabamur, illud scilicet: Πῶς ἐὶ πάλιν καὶ ἡ τῶν σωμάτων φύσις βολιστικῆ κατὰ φύσιν ὑπάρχουσα, ὁρᾶται ἄδυτος καὶ ἀβόλοιτος ἐν τοῖς ὕδασι τῆς Μαρμαρικῆς Πενταπόλεως: ubi pro σωμάτων legendum ὕδατων conjectabamus: at exinde lectionem probe habere se comperimus.

Ad calcem quæstionum ad Antiochum (d), est tractatus Athanasio sane non indignus, quem fortasse religio non esset inter Athanasiana computare. Etsi enim in plerisque codicibus consequenter post alias quæstiones agmen claudit, non desunt tamen ubi separatim ab aliis ponatur. Ad hæc vero, conspicua Athanasiani ævi nota hæc est, cum de septuaginta hebdomadibus Danielis agens ait: Τίς οὖν ἐστὶν ἑτερος χρυσῆς ἄγνος ἄγλιος, εἰ μὴ ὁ Χριστὸς μόνος, ὡς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζώντος; αἱ γὰρ ἐβδομήκοντα ἐβδομάδες, τετρακόσια ἐνεήκοντα ἔτη σημαίνουσιν. Ἀπὸ δὲ τοῦ Δανιὴλ ἕως τοῦ νῦν ὑπάρχουσιν ἔτη τῶν ὀκτακοσίων πέντε. Hoc est: *Quis ergo alius est unctus Sanctus sanctorum, præter solum Christum, ut Dei viventis (Filium)? Septuaginta enim hebdomades quadringentos nonaginta annos significant. Namque a Daniele ad hoc usque tempus sunt anni plus quam octingenti.* Hæc sane chronologiae ratio apprimè in quartum sæculum quadrat, quo scripsit Athanasius. Ad hæc, ita apposite Veteri Testamento ad comprobandum Christi adventum utitur, ut nihil supra. Fateorque me nihil hoc in genere vidisse validius concinniusve. Quamobrem non eodem quo cæteræ quæstiones, numero et pretio haberi debet. Etsi vero non ausim affirmare Athanasii esse, nihil certe repugnat quo minus ipsi ascribatur.

Fragmentum *De imaginibus* non erat forte quod deuo prelo subjiceremus, cum ex aliis jam editis excerptum fuerit. Placuit tamen, quia frequentissime in codicibus et conciliorum actis affertur ut exhibemus, illud edere, ne quid hoc in opere desiderari videatur.

*Historias imaginis Berytensis* plures fortasse attulimus, quam ut eas eruditi viri sine stomacho et nausea legere possint. Verum quia hæc historia celeberrima fuit, qualis demum qualisque sit; tam varia tum Græce tum Latine edi ejus exemplaria, non inutile fortasse fuerit: ut æstimare quisque valeat quantæ sit auctoritatis hæc historiola, cuius ne quidem veram firmamque seriem nancisci possimus.

In *Epistolas ad Castorem*, quæ sunt Cassiani *Institutionum* epitome, satis esto quod ibidem prenotamus. Vocem autem *Pater Muthius*, quia codex sic Πάτερ Μούθιος dividit, nos quoque divisimus. At norunt eruditi, ex voce Thermuthi, estque illud nomen proprium apud Ægyptios, et ex articulo πα, quod est ac si dicas *Pater* aut *Abbas*, coffectum nomen fuisse. Et tamen ita error invaluit, ut jam Mutii quidam inde mutuato nomine, nuncupentur.

In lionilium *De assumptione Domini* hæc habet Felckmannus: *Porro meministi hujus lionilii, et tribuit eam Athanasio incertus auctor, cujus jam supra ad pag. 345 d. tomo I meminimus ad Maximum Smeniotam de hac quæstione: Utrum homines, si non peccassent, morituri fuissent, scribens fol. 92, col. 4, sic: Καὶ ἄκουε τί περὶ τούτου φησὶν ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ Ἐπὶ τῆρ ἀνάληψίν λόγῳ αὐτοῦ. Θάνατος μὲν εἰσῆλθε ἐὶ τὴν παρακοήν, ἄδυν δὲ ὄντος τὴν τῆς ἀπειλῆς ἀκρίτην ὁ Θεὸς ἐπιπέσει αὐτῷ ἀθανασίας ἀνατίλλει τῷ γένει,*

(a) Pag. 189.  
(b) Pag. 172.

(c) Pag. 247.  
(d) Pag. 248.

καὶ τὸν Ἐνώχ ἐκ μέσου ἀρπάξει, κἀναυθὲν τὴν θνητὴν ἐδίδαξε φύσιν θροῦς ἀθανασίας ἐκδέχασθαι. Et paulo post, καὶ τοῦτου χάριν ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἔλεγεν, οὐ καὶ τὸν Ἥλιαν ἀρπάξει, καὶ ὡς εἰς οὐρανὸν ἀναξέσει. Hæc ibi, quæ confer cum editis. Et idem infra in opusculum: Urum Joannes evangelista revera obierit, fol. 251, col. 2, ait: Καὶ ὁ μέγας δὲ Ἀθανάσιος ἐν τῷ εἶς τὴν ἀνάληψιν λόγῳ αὐτοῦ, Ἐνώχ καὶ Ἥλιαν μνημονεύσας, καὶ εἰπὼν ἐν τοῖς ζώων διαγεῖν αὐτὸν, ἐτέρου τιλῆς ἐμνημόνευσεν. Hæc Felckmannus. Sed quoniam is scriptor sequioris ævi, nihil illius testimonio ad γρησούτητα ejus comprobendam efficitur. Hæc ipsa pene eadem verba citat Michael Glycas in *Historia Byzantina*. Quo testimonio id solum superest, ut ante Michaelis Glycæ ævum Athanasii nomine evulgata fuerit hæc homilia. Diximus porro in Monito ad hanc homiliam, primum publici joris factam fuisse in editione Commeliniana; verum exinde comperimus, antiquius fuisse illam typis mandatam.

Homiliam in *S. Andream* Latine dedit Thomas Galetus, J. C., anno 1615, Lugduni, Carolo Fabiano interprete, cum aliis diversorum Patrum scriptis, p. 250.

Libellus *De corpore et anima* est fragmentum avulsum ex libro *De definitionibus*, cum aliqua discrepantia. Huic item affine quidpiam habetur t. I sub finem, in fragmentis; sed longe præstantius istis. Et vero fieri potuit, ut qui hoc *De corpore et anima* opusculum mandavit litteris, aliqua ex veris Athanasii operibus sit mutuatus.

*Vita sanctæ Syncreticæ*, haud imperiti hominis opus, pulchre ad mores instituendos concinnata est: nam longiuscula licet, unica pene adhortatione solvitur; ita ut quæ ejusmodi ad virgines parzenis habuisse fertur, quæque in juvenili ætate eam orsa dicitur, ea absoluta octoginta annos nata mox memoretur. Erudite porro in ea disceptatur contra fatum, et contra genesim, sive genethliacorum scientiam. Sed præstantissima omnium sunt, quæ contra illos profligatis moribus homines, quorum in eo tota spes est, ut in nihilum eant si quando vivendi finem faciant: qui si tam misera spe cadant, et cadent utique, quantum iis supplicium, qui ideo in tot scelera proruperunt, quod falsa opinione impune sibi fore sperarent? Ex hoc itaque hominum genere erant, qui impie dicerent, animam esse florem naturæ, cujus scilicet interitus cum plantæ sive corporis interitu necessario conjunctus esset. Ipsi sane gentilibus deterritos: qui præmium probe, supplicium improbe viventibus fore aestimabant: audi Platonem (a): Ἀθάνατος ἡμῶν ἢ ψυχὴ καὶ οὐδέποτε ἀπώλλεται. Et inferius pugnat, improbis pœnas esse præparatas.

Hæc satis sunt. Plura de singulis hoc in tomo exstantibus in propriis singulorum adnotationibus et in notis reperies. Salve, erudite lector, et bis fave.

(a) Lib. x *De republ.*, pag 608 edit. H. Stephani.

## CATALOGUS MANUSCRIPTORUM ET EDITORUM

Quibus in editione hujusce tomi usi sumus.

Primo editis S. Athanasii omnibus cum Latinis tum Græco-Latinis usi sumus semper, maxime tamen omnium Commeliniana et Parisiensis.

In *librum de Incarnatione*. Usi sumus tantum Cyrrili editis ubi hæc exstat epistola.

In *Testimonia ex Scriptura sacra*. — Codicis ejusdem Vaticani excerpto et Felckmanni lectionibus codicum Basilienfis, Anglicani, Felckmanni primi ac secundi.

In *Epistolam Catholicam, ex Felckmanni codicibus*. — Lectionibus codicum Basilienfis primi et secundi, Anglicani, etc.

In *refutationem hypocrisis Meletii et Eusebii Samosatensis*. — Lectionibus codicis eminentissimi cardinalis Ottoboni et Felckmanni lectionibus codicum Basilienfis 1 et 2, Anglicani, Felckm. 1 et 2.

In *sermone de Incarn. Dei Verbi*. — Codice Segueriano et Felckmanni lectionibus codicum Basilienfis, Anglicani, Gobicriani, Felckm. 1 et 2.

In *sermone de æterna Filii et Spiritus sancti cum Deo existentia et contra Sabellianos*. — Segueriano codice et Felckmanni lectionibus codicum eorumdem.

In *orationem, quod unus sit Christus*. — Codice Segueriano et Catena in Lucam et Felckmanni lectionibus iisdem.

In *librum de Sabbato et Circumcisione*. — Codicibus Regio 2284, et Segueriano et Felckmanni lectionibus iisdem.

In *Homiliam de Semente*. — Felckmanni lectionibus codicis Anglicani.

In *illud: Profecti in Pagum, etc.* — Codicibus Regio 2284, et Segueriano, et Felckmanni lectionibus codicum qui superius.

In *sermone in Passionem et Crucem Domini*. — Codice Regio 2284. Et Felckmanni lectionibus iisdem.

In *librum de Virginitate*. — Felckmanni lectionibus iisdem.

In *Synopsin Scripturæ sacrae*. — Uno tantum codice usi sunt Commeliniani qui prius ediderunt, codex jam ubi exstet ignoratur. Ad postremum articulum qui Latine tantum exstabat in prius editis, usi sumus codicibus Regio 1807, et excerpto alio a D. Jacobo Mill principali collegii S. Edmundi Oxoniensis.

In *Disputationem contra Arium in concilio Nicæno*. — Codicibus Regis 2358, 2892, 2910, et Felckmanni lectionibus codicum Basilienfis, Augustani, Anglicani, Felckman. 1, 2, et Gobicriani.



- In sermonem contra omnes hereses.*—Segueriano dice et Felckmanni lectionibus codicum Basilienensis, Gobleiriani, Felckmanni, 1, 2.
- In Historiam Melchisedec.*—Codice Regio 2570, et Colbertino 5108.
- In epistolam ad Jorianum.*—Nullum vidimus codicem, sed datus ut prodiit in editione Conameli.
- In Librum de Definitionibus.*—Codice Colbertino 4753, aliquoties nisi sumus.
- Doctrina ad Antiochum.*—Prodit ex codice Colbertino 4219.
- Sermo ad Antiochum de pœnis inferni.*—Prodit ex codice Regio 2570, annorum plus 600.
- In questiones ad Antiochum.*—Codicibus Regiis 2431, 2892, 2910, 2957.
- Quæstio autem cxxxvii, p. 248, habetur sejunctim, nec questionis more, in codice quem nobiscum perhumaniter communicavit vir cl. Toinaradi et in codice Reg. 2415.
- Questiones in Evangelia.*—Prodeunt ex codice Reg. 2431.
- Fragmentum de Imaginibus.*—Prodit ex codice Regio 2981.
- Questiones in Scripturam sacram.*—Ex editione Commelini.
- In questiones alias.*—Usi sumus codicibus Regiis 2558, et 2450, et lectionibus unius codicis Felckmanni qui secundus dicitur.
- In Historiam imaginis Berytensis ex codice Palatino.*—Colbertinis codicibus 833, 4457, 5140. Ex Palatinis duo exemplaria prodierunt. Exemplar vero Latinum ejusdem historie p. 295, prodit ex editione Lagdunensi anni 1532. Aliud exemplar Latinum ejusdem ex codice Sangermanensi num. 408.
- Sermo contra Latinos.*—Prodit ex codice Regio 2271, p. 455, ad marginem operis sancti Justini ad Zenam. Codex est annorum plus septingentorum et nota illa marginalis ætatis non multo minoris.
- Syntagma doctrinae.*—Ex libello Andreæ Arnoldi Norimbergensis Parisiis cuso anno 1685.
- Monastica vite Institutio.*—Ex codice Regio 2937.
- Binæ ad Castorem Epistolæ.*—Ex codicibus manuscriptorum Altaemps Romæ num. R. V. 49.
- Homilia in natiuitatem Præcursoris.*—Ex codice Colbertino 1711, annorum circiter 400.
- In sermonem in Annuntiationem Deiparæ.*—Usi sumus lectionibus Felckmanni, codicum Basilienensis, Anglicani, Felckm. 1, 2.
- In sermonem in Descriptionem sanctæ Mariæ.*—Usi sumus codicibus Colbertino 430, et Reg. 2026.
- Sermo in Natiuitatem Christi.*—Prodit ex codice Baroetano 234, fol. 190. b.
- In sermonem in Occursum Domini.*—Usi sumus codicibus Regiis 143, 3489, et editione P. Combessii in Bibliotheca PP., t. I, p. 496.
- In sermonem in cæcum a natiuitate.*—Codicibus Regiis usi sumus 203, 2050.
- In Homiliam in illud Matthæi: Ite in castellum etc.*—Usi sumus codice Regio 205.
- In Homiliam in illud: Eunte autem illo.*—Eodem codice.
- In Sermonem in S. Quintam feriam.*—Eodem codice.
- In Sermonem in Parasceuen.*—Codicibus Colbert. 4511, 1711, Reg. 205.
- In Homiliam in sanctos Patres et Prophetas.*—Codice Regio 205.
- In sermonem in sanctum Pascha.*—Codice Regio 2027, Colbertino 1711.
- In Sermonem in sanctum Pascha et recens illuminatos.*—Codice Regio 2027, 2424, Colbert. 1711.
- In Sermonem in Assumptionem Domini.*—Codice Regio 2027, Colbert. 1711.
- Sermo in S. Andream.*—Prodit ex codice Colbertino 847, et schedis V. cl. Toinaradi.
- Sermo alius.*—Prodit ex codice Colbertino 5108.
- Ad dialogum I, de Trinitate.*—Utinam codice Regio et lectionibus Felckmanni codicum Augustani et Palatini.
 omnes, qui tineas effugerunt, fumumque supra quem sili erant. Hinc manifestum est πυκτία τῶν βιβλίων  
 Γραφῶν, esse, non aliquid in Scripturam compositum, sed libros seu volumina Scripturarum ipsarum, quæ  
 Athanasius transmisit ad Constantem imperatorem. Plura poscimus proferre hujus rei asserendæ causa, sed  
 hæc erunt, ni fallor, satis.

II. Licet porro Synopsis isthæc sit accurati cujusdam, et Scripturarum peritissimi scriptoris, nobis videtur  
 non esse Athanasii. Primo namque a nemine antiquorum memoratur opus simile ab Athanasio adornatum  
 fuisse. At certe vix potuit ab Hieronymo aliisque Patribus, iis maxime qui Scripturas explanarunt, et a  
 Photio ipso, tam insigne opus Athanasianum prætermitti. 2º In nullis Athanasianis collectionibus comparet,  
 sed ex uno tantum manuscripto Græce prodit. 3º In enumerandis libris quibus in Ecclesia contradicitur,  
 waltum discrepat scriptor iste ab Athanasio; nam librum Pastoris nusquam memorat, quem tamen Athana-  
 sius in Epistola festali numerat inter illos qui in Ecclesia leguntur, alibi que vocat librum Pastoris, utilis-  
 simum. Multi item libri inter eos quibus contradicitur in finem hujus Synopseos recensentur, quorum ne  
 verbum quidem in memorata Festali Epistola. Ad hæc in Apocryphis Novi Testamenti numerantur in Sy-  
 nopsi Κλημენტία, seu Homiliæ Clementinæ, quarum mentionem primo reperimus diu post Athanasii ævum  
 apud Nicephorum patriarcham. Sunt enim illæ opus diversum a Recognitionibus, quarum Origenes, Rufinus et  
 alii meminere, licet ejusdem sint argumenti, et, ut videtur, postea confictæ. 4º Quæ de variis Scripturæ  
 sacræ versionibus postremo loco dicuntur, ex Epiphanio De mensuris expressa sunt, ut nemo non videt, et  
 ibidem nos advertimus. Responderi forsitan posset, hæc postrema adjecticia esse. Sed id gratis omnino dici-  
 tur, cum consequenter ponantur in codice unde Synopsis isthæc prodit: et alioquin tanta ubique appareat  
 hujus scriptoris diligentia, ut nihil omnino omittendum censuerit; quare et quæ de versionibus leguntur, et  
 quæ postea de amissis libris in Scriptura veteri memoratis tractantur, unius ejusdem Synopseos scriptoris  
 esse arbitramur. 5º Licet in simplici recensione eorum quæ in Scripturis sacris continentur, qualis est ista  
 Synopsis, vix styli genus et ratio deprehendi queat, quisquis tamen Athanasianæ orationi assuetus erit, non

uno loco diversa loquendi genera animadvertet. In Athanasio enim τὸ δριμύ ubique comparet, ut ait Photius, hic vero scriptor multitudine verborum epithetorumque superfluit. Exempli causa, post factam priorem librorum Scripturæ enumerationem, quibusdam præmissis ita habet : 'Ἐπεὶ τοι γὰρ ὕστερον κατὰ τῆν ἐκείνων ἀκολουθίαν καὶ συμφωνίαν ἄλλα μυρία καὶ ἀναρίθμητα βιβλία ἐξεπονήθησαν ὑπὸ τῶν κατὰ καιροὺς μεγάλων καὶ σωφράτων θεοφρόνων Πατέρων, εἰς μαρτυρίαν τῶν προλαβόντων καὶ διαφύοισιν. Quæ sane et multa his similia quivis emunctæ naris homo non Athanasii, sed alterius cujusdam scriptoris Athanasio ætate inferioris esse censuerit. Nam Græci sequioris ævi epithetis et verborum multitudine gaudebant. Insuper nonnullæ voces hic exstant quas nominis post Athanasii ætatem usitatas reperimus, quale est, illud in cap. de libro Judicum, ποσοῦνται pro numerantur, et alibi, συμποσοῦσθαι. Cyrill. Alex. ποσοῦσθαι μαρτοῖ, nec antea vocem illam me reperisse meminī : in Logarica item Alexii Comneni a nobis edita legitimus συμποσοῦντων, eadem sententia : quod conjecturæ tantum loco ponimus. Hæc in causa nobis fuere, ut Synopsis

96 Scripturæ sacræ inter dubia et suspecta opera recensereamus. Mittimus alia quædam argumenta, a nonnullis allata, ut Synopsis Athanasio abjudicaret, quæ minoris momenti esse arbitramur.

III. Theodorus porro Balsamon ad canonem 27 synod. Carthag., p. 636, memorat canonice Athanasii et Amphiloehii, indicatque ibi veros et canonicos contineri Scripturæ libros. Κανονικά vero ista autumant nonnulli esse hæc Scripturæ synopsis : sed nusquam reperimus hunc librum, canonicum seu κανονικά, appellari ; κανονικά igitur Athanasii et Amphiloehii, sunt epistolæ seu alia opuscula eorundem Patrum, quæ in collectionibus canonum Græcis locum habent, et vocantur illis ut plurimum epistolæ canonice : ejusmodi sunt tres epistolæ Athanasii quæ ex canonum collectione desumptæ sunt et ad colcem primi tomi a nobis repositæ, in quarum secunda, cui titulus, Epistola festalis, habetur catalogus librorum Scripturæ, ad quem hic haud dubie respicit Theodorus Balsamon, in iisdemque collectionibus Canonum ms. exstat carmen Amphiloehii, in quo recensentur canonici Scripturæ libri, quo spectat idem Theod. Balsamon. Cæterum tres epistolæ illæ Athanasii, pariterque carmen Amphiloehii, causa sunt in postrema Collectione canonum Anglicana, secundo tomo inter Epistolæ canonicas.

IV. Eximia sane est hæc Synopsis, cujuscuque tandem sit auctoris, et tanta cura, sagacitate, eruditione elaborata, ut nihil supra. Non modo quippe singuli Scripturæ libri accuratissime in ea recensentur et in epitomen aptissime rediguntur ; sed multa disquiruntur quæ spectant chronologiam, librorum Scripturæ auctores, nominis singulorum librorum rationem et causam, variarum versionum historiam paucis comprehensam. Demum nihil pene retro reliquissæ videtur scriptor iste, quod vir Græce solum eruditus præstare possit. Multæ porro mendæ in nominibus maxime propriis, uti solitum est, irreperant, quas quoad licuit emendavimus : et ad finem non pauca quæ Latine tantum causa erant in prius editis, ex manuscriptis desumpta Græce edidimus.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

## ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΣΥΝΟΨΙΣ ΕΠΙΤΟΜΟΣ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΓΡΑΦΗΣ, ΠΑΛΑΙΑΣ ΚΑΙ ΝΕΑΣ ΔΙΑΘΗΚΗΣ.

## S. P. N. ATHANASII

BREVIS DIVINÆ SCRIPTURÆ VETERIS AC NOVI TESTAMENTI SYNOPSIS, ID EST COMPENDIUM.

1. Omnis nostrum Christianorum Scriptura, divinitus inspirata est, librosque habet non indefinitos, sed definitos, ac certo canone comprehensos. Et Veteris quidem Testamenti hi sunt :

Genesis, cujus initium est : « In principio fecit Deus cœlum et terram. »

Exodus, cujus initium est : « Hæc sunt nomina filiorum Israel, qui in Ægyptum ingressi sunt. »

Leviticus, cujus principium est : « Et vocavit Dominus Moysen, et locutus est illi in tabernaculo testimonii. »

Numeri, cujus initium est : « Et locutus est Dominus ad Moysen, in solitudine Sina, in tabernaculo testimonii. »

1. Πᾶσα Γραφὴ ἡμῶν Χριστιανῶν, θεόπνευστός ἐστιν. Οὐκ ἀόριστα δὲ, ἀλλὰ μέλλον ὠρισμένα καὶ κεκανονισμένα ἔχει τὰ βιβλία. Καὶ ἐστὶ τῆς μὲν Παλαιᾶς Διαθήκης ταῦτα :

Γένεσις, οὗ ἡ ἀρχὴ· « Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. »

Ἐξοδός, οὗ ἡ ἀρχὴ· « Ταῦτα τὰ ὀνόματα τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ τῶν εἰσπορευομένων εἰς Αἴγυπτον. »

Λευϊτικόν, οὗ ἡ ἀρχὴ· « Καὶ ἐκάλεσε Μωϋσῆν, καὶ ἐλάλησε Κύριος αὐτῷ ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου. »

Ἀριθμοί, οὗ ἡ ἀρχὴ· « Καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωϋσῆν ἐν τῇ ἐρήμῳ τῇ Σινᾶ ἐν τῇ οὐκρινῇ τοῦ μαρτυρίου. »

Δευτερονόμιον, οὗ ἡ ἀρχή· « Οὗτοι οἱ λόγοι, οὓς ἄκουσε Μωϋσῆς παντὶ Ἰσραὴλ πέραν τοῦ Ἰορδάνου, ἐν τῇ ἐρήμῳ, πρὸς δυσμαίε, πλησίον τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. »

Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, οὗ ἡ ἀρχή· « (63) Καὶ ἐγένετο μετὰ τὴν τελευταίαν βουλήν Κυρίου, εἶπε Κύριος τῷ Ἰησοῦ, υἱῷ Ναυῆ, λευτοργῷ Μωϋσῆ, λέγων. »

Κριταί, οὗ ἡ ἀρχή· « Καὶ ἐγένετο μετὰ τὴν τελευταίαν Ἰησοῦ, καὶ ἐπηρώτησαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ (64) ἐν Κυρίῳ λέγοντες· Τίς ἀναβήσεται πρὸς τοὺς Χαναναίους ἀφ'ηγουμένους; »

Ρούθ, οὗ ἡ ἀρχή· « Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κρίνειν τοὺς κριτάς, ἐγένετο λιμός ἐν τῇ γῆ. »

Βασιλειῶν πρώτη καὶ δεύτερα, εἰς ἐν ἀριθμούμεναι βιβλίον. Καὶ τῆς μὲν πρώτης ἡ ἀρχή· « Καὶ ἀνθρώπος ἐξ Ἀρμαθαίμ Σιφά, ἐξ ὄρους Ἐφραΐμ, καὶ ὄνομα αὐτοῦ Ἐλκανά, υἱὸς Ἰερεμὴλ, (65) υἱοῦ Ἡλὶ. »

Τῆς δὲ δευτέρας ἡ ἀρχή· « Ἐγένετο μετὰ τὸ ἀποθανεῖν Σαούλ, καὶ Δαβὶδ ἀνέστρεψε τύπτων τὸν Ἀμαλήκ. »

Βασιλειῶν τρίτη καὶ τετάρτη, εἰς ἐν πάλιν ἀριθμούμενα βιβλίον. Καὶ τῆς μὲν τρίτης ἡ ἀρχή· « Καὶ ὁ βασιλεὺς Δαβὶδ προσβύτερος, προσεθετικῶς ἡμέραι· καὶ περιέβαλλον αὐτὸν ἱματίαις, καὶ οὐκ ἐθερμίνετο. »

Τῆς δὲ τετάρτης ἡ ἀρχή· « Καὶ ἠθέτησε Μωάβ ἐν Ἰσραὴλ, μετὰ τὸ ἀποθανεῖν Ἀχαάβ. »

Παραλιπομένων πρώτη καὶ δεύτερον, εἰς ἐν ἀριθμούμενα βιβλίον. Καὶ ἔστι τοῦ μὲν πρώτου ἡ ἀρχή· « Ἀδάμ, Σέθ, Ἐνὼς, Καϊνὰν, Μαλελεὴλ, Ἰαρέδ, Ἐνώχ, Μιθουάλα, Λάμεχ, Νώε. »

Τοῦ δὲ δευτέρου ἡ ἀρχή· « Καὶ ἐνίσχυσε Σαλομών υἱὸς Δαβὶδ ἐπὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, καὶ Κύριος ὁ Θεὸς αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐμείγαλυνεν αὐτὸν εἰς ὕψος. »

Ἐσδρας πρῶτος καὶ δεύτερος, εἰς ἐν ἀριθμούμενοι βιβλίον. Καὶ τοῦ μὲν πρώτου ἀρχή· « (66) Καὶ ἤγαγεν Ἰωσίας τὸ Πάσχα ἐν Ἱερουσαλὴμ τῷ Κυρίῳ ἐαυτοῦ τῇ τεσσαρσκαίδεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνὸς τοῦ πρώτου. »

Τοῦ δὲ δευτέρου ἡ ἀρχή· « Καὶ ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει Κυρίου τοῦ βασιλέως Περσῶν, τοῦ τελευτήσαντος λόγον ἀπὸ στόματος Ἱερεμίου, ἐξήγειρε Κύριος τὸ πνεῦμα Κυρίου τοῦ βασιλέως Περσῶν. »

Ψαλτήριον Δαβιτικὸν, ἔχον ψαλμοὺς ρνα' οὗ ἡ ἀρχή, ἤγουν ὁ πρῶτος ψαλμὸς· « Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν. »

Παροιμίαι Σολομώντος (67), οὗ ἡ ἀρχή· « Παροιμίαι Σολομώντος υἱοῦ Δαβὶδ, ὃς ἐδασκεύεσεν ἐν Ἰσραὴλ, γυνῶνα σοφίαν καὶ παιδείαν. »

Ἐκκλησιαστής τοῦ αὐτοῦ, οὗ ἡ ἀρχή· « Ῥήματα

(63) Initium Josue sic habet: Καὶ ἐγένετο μετὰ τὴν τελευταίαν Μωϋσῆ, εἶπε Κύριος τῷ Ἰησοῦ, υἱῷ Ναυῆ, τῷ ὑποουργῷ Μωϋσῆ, λέγων.

(64) In Græco Scripturæ textu legitur, διὰ τοῦ Κυρίου.

(65) Græcus Scripturæ textus, υἱοῦ Ἡλιοῦ. In Græco Scripturæ textu legitur semper, Δαβὶδ cum υ.

(66) Qui dicitur Esdræ primus in Græcis exem-

Deuteronomium, cujus initium est: « Isti sunt sermones, quos locutus est Moyses ad omnem Israellem trans Jordanem, in solitudine ad occasum, prope mare Rubrum. »

Jesus filius Nave, cujus initium est: « Et factum est post mortem servi Domini, dixit Dominus ad Jesu, filium Nave, famulum Moysis. »

Judices, cujus initium est: « Et factum est post mortem Jesu, et interrogarunt filii Israel Dominum, dicentes: Quis ascendet dux adversus Chanaanos? »

Ruth, cujus initium est: « Et factum est, cum judicaretur judices, facta est fames in terra. »

Regum, primus et secundus, in unum computantur librum, et primi quidem initium est: « Et homo erat ex Armathaim Siphæ, de monte Ephraim, et nomen illi Elcana, filius Jeremeel, filii Heli. »

Secundi vero initium est: « Et factum est post mortem Saulis, David percusso Amalec reversus est. »

Regum tertius et quartus, et ipsi pro uno connumerantur libro. Et tertii quidem initium est: « Et rex David senior, ætate jam grandis erat. Et operiebant eum vestibus, nec tamen calefiebat. »

Quarti vero principium est: « Et prævaricatus est Moab adversus Israellem, post mortem Achab. »

Paralipomenon primus et secundus, pro uno 97 libro computantur: Et primi quidem initium est: « Adam, Seth, Enos, Cainan, Malalcel, Jared, Enoch, Mathusala, Lamech, Noc. »

Secundi vero initium: « Et confirmatus est Salomon filius Davidis in regno suo. Et Dominus Deus ipse cum ipso, et magnificavit eum ad sublime usque. »

Esdras primus et secundus uno comprehenduntur volumine. Et primi quidem initium est: « Et obtulit Josias Pascha in Jerusalem Domino suo, quarta decima die mensis primi. »

Secundi vero: « Et in primo anno Cyri regis Persarum, ut adimpleretur sermo, qui ab ore Jeremie processerat, excitavit Dominus spiritum Cyri regis Persarum. »

Psalterium Davidicum, habens psalmos cxi. Cujus initium est: « Beatus vir qui non ambulavit in consilio impiorum. »

Parabolæ Salomonis, cujus principium est: « Parabolæ Salomonis, filii Davidis: qui regnavit in Israel, ad cognoscendam sapientiam et disciplinam. »

Ecclesiastes ejusdem, cujus initium est: « Verba

pluribus hic tertius est in Bibliis nostris, et jam inter apocrypha computatur. Inchoaturque a xxxiv capite Paralipomenon, nec legitur in Hebraico. Qui autem secundus hic dicitur, primus est in Hebraico textu.

(67) In Græcis Scripturæ exemplaribus legitur, Σολομών, hic et inferius.

Ecclesiastæ, filii Davidis regis Israel in Jerusalem. A Vanitas vanitatum et omnia vanitas. »

Canticum canticorum, ejusdem, cujus principium est : « Canticum canticorum, quod est Salomoni. Osculetur me oculis oris sui, quia meliora sunt ubera tua vino. »

Job, cujus principium est : « Homo quidam erat in regione Ausitide, nomine Job. Et erat homo ille inculpatus et religiosus. »

Duod. cim Prophetæ, uno volumine comprehensi. Sunt autem isti, Osee primus, cujus initium est : « Sermo Domini, qui factus est ad Osee filium Beneri, in diebus Ozie et Joatham et Achaz, et Ezechie, regum Juda, et in diebus Jeroboam, filii Joas, regis Israel. Principium sermonis Domini in Osee. »

Deinde Amos, cujus principium est : « Sermones Amos, qui facti sunt in Accarim, ex Thecua, quos vidit super Jerusalem in diebus Ozie regis Juda, et in diebus Jeroboam filii Joas, regis Israel, biennio ante terræ motum. »

Michæas, cujus principium est : « Et factus est sermo Domini ad Michæam Morathitem, in diebus Joatham et Achaz et Ezechie regum Juda, quem vidit super Samariam et Jerusalem. »

Joel, cujus initium est : « Sermo Domini, qui factus est ad Jochem, filium Bathuel. Audite hæc omnia, senes, et auribus percipite, omnes habitatores terræ. »

Abdias, cujus principium est : « Visio Abdias : Hæc dicit Dominus Deus ad Idumæam. »

Jonas, cujus initium est : « Et factus est sermo Domini ad Jonam filium Amathi, dicens : Surge et vade in Niniven civitatem magnam. »

Nahum, cujus initium est : « Assumptio Ninive, liber visionis Nahum Elcesæi. »

Ambacum, cujus initium est : « Assumptio, quam vidit Ambacum propheta. »

Sophonias, cujus initium est : « Sermo Domini, qui factus est ad Sophoniam filium Chus, filii Godolie, filii Amorie, filii Ezechie, in diebus Josie, filii Amos, regis Juda. »

Aggeus, cujus initium est : « In anno secundo Darii regis, mense sexto, die prima mensis, factus est sermo Domini in manu Aggæi prophetæ dicens. »

Zacharias, cujus initium est : « In octavo mense, anno secundo Darii, factus est sermo Domini ad Zachariam, filium Barachie, filii Addo, prophetam, dicens. »

98 Malachias, cujus initium est : « Assumptio sermonis Domini ad Israel in manu angeli ejus. »

Hi sunt duodecim prophetæ uno volumine comprehensi. Sequuntur reliqui quatuor, quorum cuique proprium annumeratur volumen. Et hi sunt : Isaias, cujus initium est : « Visio, quam vidit

(68) Græcæ Scripturæ Ι-κτις, Αυσίτιδα.

(69) In Græco Scripturæ textu legitur, Όθιού.

(70) Græc. Script. Νινευή, et sic inferius. Mox,

Ἐκκλησιαστοῦ, υἱοῦ Δαβὶδ, βασιλέως Ἰσραὴλ ἐν Ἱερουσαλήμ. Ματαιότης ματαιότητων, τὰ πάντα ματαιότης. »

Ἄσμα ἁσμάτων τοῦ αὐτοῦ, οὗ ἡ ἀρχή · Ἄσμα ἁσμάτων, ὃ ἐστὶ τῷ Σολομῶν. Φιλησάτω με ἀπὸ φιλημάτων στόματος αὐτοῦ, ὅτι ἀγαθοὶ μαστοὶ σου ὑπὲρ οἶνον. »

Ἰὼβ, οὗ ἡ ἀρχή · Ἄνθρωπός τις ἦν ἐν χώρᾳ Αὐσσίτι (68), ᾧ ὄνομα Ἰὼβ, καὶ ἦν ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος ἄμωτος καὶ θεοσεβής. »

Προφῆται δώδεκα, εἰς ἐν ἀριθμούμενοι βιβλίον. Εἰσὶ δὲ οὗτοι, Ἰσάη πρῶτος, οὗ ἡ ἀρχή · Λόγος Κυρίου, ὃς ἐγενήθη πρὸς Ἰσάη, τὸν τῷ Βεθρὶ, ἐν ἡμέραις Ὀζίου, καὶ Ἰωαθὰμ, καὶ Ἀχάζ, καὶ Ἐζεκιίου βασιλέων Ἰουδα, καὶ ἐν ἡμέραις Ἱεροβοάμ τοῦ Ἰωᾶς, βασιλέως Ἰσραὴλ. Ἀρχὴ λόγου Κυρίου ἐν Ἰσάη. »

Ἐἶτα Ἀμὼς, οὗ ἡ ἀρχή · Λόγος Ἀμὼς, ὃς ἐγένοντο ἐν Ἀκκαρεῖμ, ἐκ Θεκουῆ. οὗς εἶδεν ὑπὲρ Ἱερουσαλήμ ἐν ἡμέραις Ὀζίου βασιλέως Ἰουδα καὶ ἐν ἡμέραις Ἱεροβοάμ τοῦ Ἰωᾶς, βασιλέως Ἰσραὴλ, πρὸ δύο ἐτῶν τοῦ σεισμοῦ. »

Μιχαίας, οὗ ἡ ἀρχή · Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου πρὸς Μιχαῖαν τὸν τοῦ Μισραὶλ ἐν ἡμέραις Ἰωαθὰμ, καὶ Ἀχάζ, καὶ Ἐζεκιίου βασιλέων Ἰουδα, ὑπὲρ ὧν εἶδε πρὸς Σαμαρείας καὶ Ἱερουσαλήμ. »

Ἰωὴλ, οὗ ἡ ἀρχή · Λόγος Κυρίου, ὃς ἐγενήθη πρὸς Ἰωὴλ τὸν τοῦ Βαθουῆλ. Ἀκούσατε δὴ ταῦτα πάντα ὁ πρεσβύτεροι, καὶ ἐνωπίσασθε, πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν. »

Ἀβδίου (69), οὗ ἡ ἀρχή · Ὁρασις Ἀβδίου· Τάδε λέγει Κύριος ὁ Θεὸς τῇ Ἰδουμαίᾳ. »

Ἰωνᾶς, οὗ ἡ ἀρχή · Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου πρὸς Ἰωνᾶν τὸν τοῦ Ἀμαθὶ, λέγων · Ἀνάστηθι καὶ πορεύθητι εἰς Νινεὺν (70) τὴν πόλιν τὴν μεγάλην. »

Ναούμ, οὗ ἡ ἀρχή · Ἀἴμαμα Νινεὺν. Βίβλος ὀράσεως Ναούμ τοῦ ἐν Ἐλκασαί. »

Ἀμβακούμ, οὗ ἡ ἀρχή · Τὸ λῆμμα ὃ εἶδεν Ἀμβακούμ ὁ προφήτης. »

Σοφονίας, οὗ ἡ ἀρχή · Λόγος Κυρίου, ὃς ἐγενήθη πρὸς Σοφονίαν τὸν τοῦ Χούς (71), υἱὸν Γοδολίου τοῦ Ἀμορίου τοῦ Ἐζεκιίου, ἐν ἡμέραις Ἰωσίου υἱοῦ Ἀμὼς βασιλέως Ἰουδα. »

Ἀγγαίου, οὗ ἡ ἀρχή · Ἐν τῷ δευτέρῳ ἔτει ἐπὶ Δαρείου τοῦ βασιλέως ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ, μὲν τοῦ μηνὸς, ἐγένετο λόγος Κυρίου ἐν χειρὶ Ἀγγαίου προφήτου λέγων. »

Ζαχαρίας, οὗ ἡ ἀρχή · Ἐν τῷ ὀγδόῳ μηνὶ ἔτους δευτέρου ἐπὶ Δαρείου ἐγένετο λόγος Κυρίου ἐπὶ Ζαχαρίαν, τὸν τοῦ Βαραχίου, υἱὸν Ἀδὸν τὸν προσφῆτην, λέγων. »

Μαλαχίας, οὗ ἡ ἀρχή · Ἀἴμαμα λόγου Κυρίου ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ ἐν χειρὶ ἀγγέλου αὐτοῦ. »

Οὗτοι μὲν οὖν οἱ δώδεκα εἰς ἐν βιβλίον. Ἐξῆς δὲ ἕτεροι τέσσαρες, πρὸς ἐν ἕκαστος βιβλίον, οὗτοι ·

Ἡσαίας, οὗ ἡ ἀρχή · Ὁρασις, ἣν εἶδεν Ἡσαίας

ὁ τοῦ Ἐλκασαίου.

(71) Græcæ Scripturæ text. Χουσί. Infra in Græco Scripturæ textu legitur, υἱὸς Ἀμὼς.

υἱὸς Ἀμώς, ἦν εἶδε κατὰ τῆς Ἰουδαίας καὶ κατὰ τῆς Ἀ  
Ἰερουσαλήμ ἐν βασιλείᾳ Ὀζίου, καὶ Ἰωάθαμ, καὶ  
Ἀχάζ, καὶ Ἐζεκιου, οἱ ἐβασίλευσαν τῆς Ἰουδαίας.  
Ἄκουε, οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίσθου, ἡ γῆ, ὅτι Κύριος ἐλά  
λησεν. »

Ἰερεμίας, οὗ ἡ ἀρχὴ · Ἐτὸ βῆμα τοῦ Θεοῦ, δ' ἐγέ  
νωτο ἐπὶ Ἰερεμίαν τὸν τοῦ Χελκίου, ὃς ἦν ἐκ τῶν  
ιερέων. »

Ἐζεκιήλ (72), οὗ ἡ ἀρχὴ · Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ  
τριακοστῷ ἔτει ἐν τῷ τετάρτῳ μηνί, καὶ ἐγὼ ἤμην  
ἐν μέσῳ τῆς αἰχμαλωτίας ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ Χοβάρ,  
καὶ ἠνοήθησαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ εἶδον ὄρασεις Θεοῦ. »

Δανιήλ, οὗ ἡ ἀρχὴ · (73) Καὶ ἦν ἀνὴρ οἰκῶν ἐν  
Βαβυλῶνι, καὶ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωακείμ, καὶ ἔλαβε  
γυναῖκα ἣ ὄνομα Σουσάννα, θυγατὴρ Χελκίου, καλῆ  
σφόδρα καὶ φοβουμένη τὸν Κύριον. »

2. Ὅμοια τὰ κανονιζόμενα τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης  
βιβλία εἰσὶ δύο, ἰσάριθμα τοῖς γράμμασι τῶν  
Ἑβραίων. Τοσαῦτα γὰρ εἰσι παρ' αὐτοῖς τὰ στοιχεῖα.

Ἐκτὸς δὲ τούτων εἰσὶ πάλιν ἕτερα βιβλία τῆς αὐ  
τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης, οὗ κανονιζόμενα μὲν, ἀνα  
γνωσκόμενα δὲ μόνον τοῖς κατηγουμένοις ταῦτα ·

Σοφία Σολομῶνος, οὗ ἡ ἀρχὴ · Ἀγαπήσατε δι  
καιοσύνην, οἱ κρινόμενοι τὴν γῆν. »

Σοφία Ἰησοῦ υἱοῦ Σιράχ, οὗ ἡ ἀρχὴ · Πᾶσα σο  
φία Κυρίου, καὶ μετ' αὐτοῦ ἔστιν ἐκ τῶν αἰώνων. »

Ἐσθήρ, οὗ ἡ ἀρχὴ · Ἐτους δευτέρου (74), βα  
σιλευσάντος Ἀρταξέρξου τοῦ μεγάλου, τῇ μετ' αὐτοῦ Νει  
σῶν ἐνόησεν εἶδε Μαρδοχάου ὁ τοῦ Ἰαίρου τοῦ  
Σαμαί τοῦ Κισαίου, ἐκ φυλῆς Βενιαμίν. »

Ἰουδῆθ, οὗ ἀρχὴ · Ἐτους δωδεκάτου τῆς βασι  
λείας Ναβοχοδονόσουρ, ὃς ἐβασίλευσεν Ἀσσυρίων  
ἐν Νινευί, τῇ πόλει τῇ μεγάλῃ, ἐν ταῖς ἡμέραις  
Ἀρφαξάδ, ὃς ἐβασίλευσε Μήδων ἐν Ἐκβατάνοις. »

Τωβίτ, οὗ ἡ ἀρχὴ · Βιβλίου λόγων Τωβίτ, τοῦ  
Τωβιήλ, τοῦ Ἀνανιήλ, τοῦ Ἀδοιήλ, τοῦ Γαθαήλ, ἐκ  
τοῦ σπέρματος Ἀσιήλ (75), ἐκ τῆς φυλῆς Νεφθαλεμ,  
ὃς ἠχμαλωτεύθη ἐν ἡμέραις Ἐννεμεσάρου τοῦ βασι  
λέως Ἀσσυρίων. »

Τοσαῦτα καὶ τὰ μὴ κανονιζόμενα. Τινὲς μόνον τῶν  
παιδῶν εἰρήκασιν κανονίζεσθαι παρ' Ἑβραίοις καὶ  
ἐν Ἐσθήρ · καὶ τὴν μὲν Ρούθ, μετὰ τῶν Κριτῶν  
ἐνομιμένην, εἰς ἐν βιβλίον ἀριθμισθαι · τὴν δὲ  
Ἐσθήρ εἰς ἕτερον ἐν · καὶ οὕτως πάλιν εἰς εἴκοσι δύο  
συμμελετρῶσθαι τὸν ἀριθμὸν τῶν κανονιζομένων παρ'  
αὐτοῖς βιβλίων.

3. Καὶ τὰ μὲν τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης βιβλία, τὰ  
τε κανονιζόμενα καὶ τὰ μὴ κανονιζόμενα, τοιαῦτα  
καὶ τοσαῦτα.

Τὰ δὲ τῆς Καινῆς Διαθήκης, πάλιν ὠρισμένα τε  
καὶ κκανονισμένα βιβλία, ταῦτα ·

Κατὰ Ματθαίου, οὗ ἡ ἀρχὴ · Βιβλίου γενέσεως Ἰη  
σοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Ἀβραάμ. »

(72) In Græco Scripturæ textu, Ἰεζεκιήλ. Mox  
in Græco Scripturæ textu legitur, τετάρτῳ μηνί,  
πμπτῇ τοῦ μηνός.

(73) Nec in Græcis, nec in Latinis exemplaribus  
prophetia Danielis jam incipit a Susannæ historia,

Isaias filius Amos, quam vidit adversus Judæam,  
et adversus Jerusalem, in regno Ozia, et Jsa  
tham, et Achaz, et Ezechia, qui regnarunt in Ju  
dæa. Audi, cælum. et auribus percipe, terra, quo  
niam Dominus locutus est. »

Jeremias, cujus initium est : « Verbum Dei,  
quod factum est ad Jeremiam filium Chelkia, qui  
erat ex sacerdotibus. »

Ezechiel, cujus principium est : « Et factum est  
in anno tricesimo, mense quarto, et ego eram in  
medio captivitatis ad flumen Chobar, et aperti sunt  
cæli : et vidi visiones Dei. »

Daniel, cujus exordium est : « Et erat vir habi  
tans in Babylone, et nomen illi Joakim, et accepit  
uxorem, nomine Susannam filiam Chelkia, pul  
chram valde, ac timentem Dominum. »

2. Sunt itaque canonici Veteris Testamenti libri  
numero viginti duo, litteris Hebraicis numero pa  
res. Totidem enim apud illos sunt elementa.

Præter istos autem sunt adhuc alii ejusdem Vete  
ris Testamenti libri non canonici, qui catechu  
menis tantum leguntur. Scilicet.

Sapientia Salomonis, cujus exordium est : « Di  
ligite justitiam, qui judicatis terram. »

Sapientia Jesu filii Sirach, cujus initium est :  
« Omnis sapientia a Domino est, et cum ipso est  
in sæculum. »

Esther, cujus initium est : « Anno secundo, re  
gnante Artaxerxe Magno, una die mensis Nisan,  
somnia vidit Mardocheus, filius Jairi, filii Se  
mei, filii Kisai, ex tribu Benjamin. »

Judith, cujus principium est : « Anno duodecimo  
regni Nabuchodonosor, qui in Assyria regnavit, in  
Ninive civitate magna, in diebus Arphaxad, quæ  
Medorum rex fuit in Ecbataniis. »

Tobit, cujus exordium est : « Liber sermonum  
Tobit, filii Tobiel, filii Ananiel, filii Aduel, filii  
Gabael, ex seniore Asiel de tribu Nephthaim :  
qui in captivitate adductus fuit in diebus Enne  
mesari regis Assyriorum. »

Tot sunt libri Veteris Testamenti. non canonici.  
Quidam vero ex veteribus, apud Hebræos pro cano  
nicis reputari dixerunt, librum Esther, et histo  
riam Ruth cum historiis Judicum uno libro com  
prehendi et annumerari : Esther vero pro alio libro  
computari : atque ita rursus numerum viginti duo  
canonicorum librorum, apud illos compleri volunt.  
3. Et tot quidem sunt et ejusmodi cum in cano  
ne, tum extra canonem, Veteris Testamenti libri.

Novi vero, determinati et canonici sunt isti :

Secundum Matthæum, cujus initium est : « Liber  
generationis Jesu Christi, filii Abraham. »

in Græco Script. jam legitur, Σουσάννα.

(74) Hæc non habentur in Hebraico textu. In Vul  
gata autem leguntur, cap. 11.

(75) In Græco Scripturæ textu legitur, Ἀσιήλ.

Secundum Marcum, cujus initium est : « Princi- A  
pium Evangelii Jesu Christi, Filii Dei : sicut scri-  
ptum est in Isaia propheta : Ecce ego mitto an-  
gelum meum ante faciem tuam, qui preparabit  
viam tuam. »

Secundum Lucam, cujus initium est : « Quoniam  
multi conati sunt contextere narrationem de iis re-  
bus, quæ certissimæ sunt inter nos fidei. »

Secundum Joannem, cujus principium est : « In  
principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum,  
et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud  
Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso  
factum est nihil quod factum est. »

99 Acta apostolorum, quorum principium est :  
« Primum quidem sermonem feci de omnibus, o  
Theophile, quæ cepit Jesus facere et docere. »

Catholica Epistula diversorum apostolorum, om-  
nes numero septem, uno comprehensæ volumine.

Jacobi una cujus principium est : « Jacobus Dei ac  
Domini nostri Jesu Christi servus, duodecim tribu-  
bus quæ sunt in dispersione, salutem. »

Petri duæ, et prioris quidem initium est : « Petrus  
apostolus Jesu Christi, electis advenis dispersionis  
Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ et Bithyniæ, se-  
cundum præscientiam Dei Patris, in sanctificationem  
Spiritus, in obedientiam et aspersionem sanguinis  
Jesu Christi, gratia vobis et pax multiplicetur. »

Posterioris vero initium : « Simeon Petrus et  
apostolus Jesu Christi, his qui cosequalem fidem  
nobiscum sortiti sunt, in justitia Domini nostri Jesu  
Christi. »

Joannis tres, et primæ quidem initium est :  
« Quod erat ab initio, quod audivimus, quod vidi-  
mus oculis nostris, et manus nostræ contractave-  
runt, de verbo vitæ. »

Secundæ vero initium : « Senior Electæ dominæ,  
et filiis ipsius, quos ego diligo in veritate. »

Tertiæ exordium : « Senior Gaio dilecto, quem  
ego diligo in veritate. »

Judæ una, cujus initium est : « Judas Jesu Chri-  
sti servus, frater vero Jacobi, dilectis in Deo Pa-  
tre, et Jesu Christo servatis, vocatis. »

Pauli apostoli epistolæ quatuordecim, in unum  
volumen enumeratæ.

Prima, ad Romanos, cujus principium est : « Pau-  
lus servus Jesu Christi, vocatus Apostolus, segre-  
gatus in Evangelium Dei. »

Ad Corinthios duæ, prioris initium est : « Pau-  
lus vocatus Apostolus Jesu Christi, per voluntatem  
Dei, et Sosthenes frater, Ecclesiæ Dei, quæ est  
Corinthi. »

Secundæ principium est : « Paulus apostolus  
Jesu Christi, per voluntatem Dei, et Timotheus fra-  
ter, Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi. »

Quarta, ad Galatas, cujus principium est :  
« Paulus apostolus non ab hominibus, neque per

Κατὰ Μάρκον, ὃς ἔ ἀρχῆ : « Ἀρχὴ τοῦ Εὐαγγελίου  
Ἰησοῦ Χριστοῦ, Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· καθὼς γέγραπται  
ἐν τῷ Ἠσαΐα τῷ προφήτῃ· Ἴδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν  
ἀγγέλόν μου πρὸς πρόσωπόν σου, ὃς κατασκευάσει τὴν  
ὁδὸν σου. »

Κατὰ Λουκᾶν, ὃς ἔ ἀρχῆ : « Ἐπειδὴ περ πολλοὶ  
ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι διηγήσασιν περὶ τῶν πεπλη-  
ρορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων. »

Κατὰ Ἰωάννην, ὃς ἔ ἀρχῆ : « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λό-  
γος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λό-  
γος. Ὅστος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν. Πάντα δι' αὐτοῦ  
ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲν, ὃ γέγονεν. »

Πράξεις τῶν ἀποστόλων, ὃς ἔ ἀρχῆ : « Τὸν μὲν  
πρῶτον λόγον ἐποίησάμην περὶ πάντων, ὃ Θεόφιλε,  
ὧν ἤρξατο Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν. »

Καθολικαὶ Ἐπιστολαὶ διαφόρων ἀποστόλων, αἱ πᾶ-  
σαι ἐπιτά, εἰς ἐν ἀριθμοῦμαι βιβλίον.

Ἰακώβου μία, ἧς ἔ ἀρχῆ : « Ἰακώβος Θεοῦ καὶ  
Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ δούλος, ταῖς δώδεκα φυλαῖς  
ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ, χαίρειν. »

Πέτρος δύο· καὶ τῆς μὲν πρώτης ἔ ἀρχῆ : « Πέτρος  
ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐκλεκτοῖς παρεπιδήμοις  
διασπορᾷς Πόντου, Γαλατίας, Καππαδοκίας, Ἀσίας,  
καὶ Βιθυνίας, κατὰ πρόβωσιν Θεοῦ Πατρὸς, ἐν ἀγια-  
σμῷ Πνεύματος, εἰς ὑπακοήν καὶ ραντισμὸν αἵματος  
Ἰησοῦ Χριστοῦ, χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη πληθυνθεῖ. »

Τῆς δὲ δευτέρας ἔ ἀρχῆ : « Συμεὼν Πέτρος καὶ ἀπό-  
στολος Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῖς ἰσχυτοῖς ἡμῖν λαχοῖσι πί-  
στιν ἐν δικαιοσύνῃ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χρι-  
στοῦ. »

Ἰωάννου τρεῖς· καὶ τῆς μὲν πρώτης ἔ ἀρχῆ : « Ὁ  
ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηράμεν, ὃ ἐώρακαμεν τοῖς ὀφθαλ-  
μοῖς, ἡμῶν, καὶ αἰετὲς ἡμῶν ἐψηλάφησαν, περὶ  
τοῦ λόγου τῆς ζωῆς. »

Τῆς δὲ δευτέρας ἔ ἀρχῆ : « Ὁ πρεσβύτερος ἐκλε-  
κτῆ κυρίᾳ καὶ τοῖς τέκνοις αὐτῆς, οὓς ἐγὼ ἀγαπῶ  
ἐν ἀληθείᾳ. »

Τῆς δὲ τρίτης ἔ ἀρχῆ : « Ὁ πρεσβύτερος Γαῖω τῷ  
ἀγαπητῷ, ὃν ἐγὼ ἀγαπῶ ἐν ἀληθείᾳ. »

Ἰούδας μία, ἧς ἔ ἀρχῆ : « Ἰούδας Ἰησοῦ Χριστοῦ  
δούλος, ἀδελφὸς δὲ Ἰακώβου, τοῖς ἐν Θεῷ Πατρὶ ἡγα-  
πημένοις, καὶ Ἰησοῦ Χριστῷ τετηρημένοις κλητοῖς. »

Παύλου ἀποστόλου ἐπιστολαὶ ἑπτὰ, εἰς ἐν ἀριθμοῦ-  
μαι βιβλίον.

(76) Ἐν πρώτῃ, ἣ πρὸς Ῥωμαίους, ἧς ἔ ἀρχῆ :  
« Παῦλος δούλος Ἰησοῦ Χριστοῦ, κλητὸς Ἀπόστολος,  
ἀφωρισμένος εἰς Εὐαγγέλιον Θεοῦ. »

Πρὸς Κορινθίους δύο· καὶ τῆς μὲν πρώτης ἔ ἀρ-  
χῆ : « Παῦλος κλητὸς Ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ  
θελήματος Θεοῦ, καὶ Σωσθένης ὁ ἀδελφός, τῇ Ἐκ-  
κλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῆ ὄσῃ ἐν Κορίνθῳ. »

Τῆς δὲ δευτέρας ἔ ἀρχῆ : « Παῦλος ἀπόστολος Ἰη-  
σοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, καὶ Τιμόθεος ὁ  
ἀδελφός, τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῆ ὄσῃ ἐν Κορίνθῳ. »

Τετάρτῃ πρὸς Γαλάτας, ἧς ἔ ἀρχῆ : « Παῦλος  
ἀπόστολος οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπων,



ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ καὶ Πατρὸς. »

A homines; sed per Jesum Christum et Deum Patrem. »

Πέμπτη πρὸς Ἐφεσούς, ἧς ἡ ἀρχὴ· « Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, τοῖς ἁγίοις τοῖς ὄσιν ἐν Ἐφέσῳ, καὶ πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. »

Quinta, ad Ephesios, cujus initium est: « Paulus apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, sanctis qui sunt Ephesi, et fidelibus in Christo Jesu. »

Ἐκτη πρὸς Φιλιππησίους, ἧς ἡ ἀρχὴ· « Παῦλος καὶ Τιμόθεος, δούλοι Ἰησοῦ Χριστοῦ, πᾶσι τοῖς ἁγίοις τοῖς ὄσιν ἐν Φιλιππίοις, σὺν ἐπισκόποις καὶ διακόνοις. »

Sexta, ad Philippenses, cujus exordium est: « Paulus et Timotheus, servi Jesu Christi, omnibus sanctis, qui sunt Philippis, cum episcopis et diaconis. »

Ἐβδομη πρὸς Κολασσαεῖς, ἧς ἡ ἀρχὴ· « Παῦλος ἀπόστολος Χριστοῦ Ἰησοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, καὶ Τιμόθεος, ὁ ἀδελφός, τοῖς ἐν Κολασσαῖς ἁγίοις καὶ πιστοῖς ἀδελφοῖς ἐν Χριστῷ. »

Septima, ad Colossenses, cujus exordium est: « Paulus apostolus Jesu Christi, per voluntatem Dei, et Timotheus frater, his qui sunt Colossis, sanctis ac fidelibus fratribus in Christo. »

Πρὸς Θεσσαλονικεῖς δύο· καὶ τῆς μὲν πρώτης ἡ ἀρχὴ· « Παῦλος καὶ Σιλουανός καὶ Τιμόθεος, τῇ Ἐκκλησίᾳ Θεσσαλονικῶν, ἐν Θεῷ Πατρὶ καὶ Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ. »

B Ad Thessalonicenses dux, primæ initium est: « Paulus et Silvanus et Timotheus, Ecclesiæ Thessalonicensium, in Deo Patre, et Domino Jesu Christo. »

Τῆς δὲ δευτέρας ἡ ἀρχὴ· « Παῦλος καὶ Σιλουανός καὶ Τιμόθεος, τῇ Ἐκκλησίᾳ Θεσσαλονικῶν, ἐν Θεῷ Πατρὶ ἡμῶν καὶ Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ. »

Secundæ initium: « Paulus et Silvanus et Timotheus, Ecclesiæ Thessalonicensium, in Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo. »

Δεκάτη ἡ πρὸς Ἑβραίους, ἧς ἡ ἀρχὴ· « Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις, ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν Υἱῷ. »

Decima, ad Hebræos, cujus exordium est: « Multifariam et multis modis olim Deus locutus patribus per prophetas, novissime extremis diebus locutus est nobis in Filio. »

Πρὸς Τιμόθεον δύο· καὶ τῆς μὲν πρώτης ἡ ἀρχὴ· « Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατ' ἐπιταγὴν Θεοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, Τιμόθεε γνησίῳ τέκνῳ ἐν πίστει. »

Ad Timotheum duæ, primæ initium est: « Paulus apostolus Jesu Christi, secundum præceptum Dei Salvatoris nostri et Christi Jesu, qui est spes nostra, Timotheo germano filio in fide. »

Τῆς δὲ δευτέρας ἡ ἀρχὴ· « Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, κατ' ἐπαγγελίαν ζωῆς τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, Τιμόθεε ἀγαπητῷ τέκνῳ. »

C Secundæ vero initium est: « Paulus apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, juxta promissionem vitæ, quæ est in Christo Jesu, Timotheo dilecto filio. »

Τρισακδεκάτη, ἡ πρὸς Τίτον, ἧς ἀρχὴ· « Παῦλος δούλος Θεοῦ, ἀπόστολος δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ πίστιν ἐκλεκτῶν Θεοῦ, καὶ ἐπίγρυσιν ἀληθείας, τῆς κατ' εὐσέβειαν ἐν ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου. »

Tertia decima, ad Titum, cujus initium est: « Paulus servus Dei, apostolus vero Jesu Christi, secundum fidem electorum Dei, et agnitionem veritatis ejus, quæ est secundum pietatem in spe vitæ æternæ. »

Τεσσαρακδεκάτη, ἡ πρὸς Φιλήμονα, ἧς ἡ ἀρχὴ· « Παῦλος δέσμιος Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφός, Φιλήμονι τῷ ἀγαπητῷ καὶ συνεργῷ ἡμῶν. »

Quarta decima, ad Philemonem, cujus initium est: « Paulus vincetus Jesu Christi et Timotheus frater Philemoni dilecto et adjutori nostro. »

Ἐπὶ τούτοις ἐστὶ καὶ ἡ Ἀποκάλυψις Ἰωάννου τοῦ θεολόγου, δευθεῖσα ὡς ἐκεῖνο καὶ ἐγχριθεῖσα ὑπὸ πάλαι ἁγίων καὶ πνευματοφόρων Πατέρων, οὗ ἡ ἀρχὴ· « Ἀποκάλυψις Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἦν ἴδωκεν αὐτὸς ὁ Θεὸς εἰλεῖν τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει, καὶ ἐσήμανεν, ἀποστασίας διὰ τοῦ ἀγγέλου αὐτοῦ τῷ δούλῳ αὐτοῦ Ἰωάννῃ. »

D Est præterea et Apocalypsis Joannis theologi, a priscis sanctis, et Spiritum Dei gestantibus Patribus, velut quæ illius sit, accepta et approbata, cujus principium est: « Apocalypsis Jesu Christi, quam dedit illi Deus, ut ostendat servis suis quæ oporteat fieri cito, et significavit mittens per angelum suum servo suo Joanni. »

4. Ταῦτα καὶ τὰ τῆς Καινῆς Διαθήκης βιβλία τὰ γε κανονιζόμενα, καὶ τῆς πίστεως ἡμῶν ὀνομαζόμενα ἢ ἀγκυραὶ ἢ ἀγκυρᾶτα· ὡς παρ' αὐτῶν τῶν ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ, τῶν καὶ συγγενομένων ἐκεῖνῳ καὶ ὑπ' αὐτοῦ μαθητευθέντων, γραφέντα καὶ ἐκτεθέντα. Ἐπεὶ τοί γε ὑστερον κατὰ τὴν ἐκείνων ἀκολουθίαν καὶ συμφωνίαν ἄλλα μυρία καὶ ἀναρίθμητα βιβλία ἐξεπονήθησαν ὑπὸ τῶν κατὰ καιρὸς μεγάλων καὶ σοφωτάτων θεοφόρων Πατέρων εἰς μαρτυρίαν τῶν προλαβόντων καὶ ἀπαράτιτων· περὶ ὧν οὐ τῶν λόγος, ὡς παμπόλλων καὶ ἀορίστων, καὶ ἅμα

4. Hi sunt et tot Novi Testamenti libri canonici, et fidei nostræ veluti primitiæ quædam, vel anchoræ et sustentacula, utpote ab ipsis apostolis Christi, qui et cum illo conversati, et ab eo edocti sunt, conscripti et editi. Quanquam postea ad istorum normam et consonantiam, et alii innumeri sunt a magis, sapientissimis, deiferis Patribus, temporum successu, ad præmissorum testimonium et illustrationem elaborati: de quibus nunc nobis non est sermo, cum sint admodum multi et infiniti, simulque omnes ejusdem normæ, veteres illos subse-

quantur, eademque exponant, atque declarent. A πάντων τῆς αὐτῆς ἀκολουθίας τοῖς παλαιῖς τούτοις ἐχομένων, καὶ τὰ αὐτὰ ἐξηγουμένων καὶ αὐτῶν καὶ διασαφούντων.

In istis itaque; sicut dictum est, comprehensi sunt omnes cum Veteris, tum Novi Testamenti libri, quos paucis, quod ad numerum tantum attinet, jam perstrinximus: deinceps vero de iisdem libris fusius nobis agendum est; a quo scilicet singuli conscripti sint, et unde quisque habeat quod sortitus est nomen: quidque in se continet, summam et compendiose, juxta præmissum ordinem, singulis ex nomine descriptis, exponendum est.

#### Liber I. Genesis.

5. Liber hic Genesios, Moysis est, qui ea, quæ in illo continentur, ex jussu Domini locutus est et scripsit. Vocatur autem hoc nomine, quod et universorum, cæli pariter ac terræ, hominumque et omnium eorum quæ videntur generationem, et ipsam paradisi plantationem complectatur. Enarrat autem, quod primo die facta sit lux: altero firmamentum, quod Deus cælum vocavit: tertio, quod congregatæ sint aquæ, visaque arida, et collectiones aquarum vocaverit maria, aridam vero, terram: terraque germinaverit herbas feni, et omne lignum: quarto, quod processerit sol et luna, et universus astrorum chorus: quinto, quod facta sit volucrum, piscium, et cetorum quæ in aquis sunt, generatio: sexto, quod facta sint quadrupedia, et bestiæ, et serpentes, et iumenta, homoque ad imaginem et similitudinem Dei formatus: septimo vero, quod Deus ab operibus suis requieverit, dieique septimo benedixerit. Deinde et hoc libro commemoratur transgressio Adæ, illiusque a paradiso ejectio, Abelis per fratrem Cain facta cædes, translatio Enoch, fabricatio arce, diluvium, temporibus Noe factum, structura turris, divisio linguarum, dispersio nationum, et egressus Abrahæ ex Chaldaea. Continet autem hic liber et Sodomitum subversionem, et legem de circumcissione latam, jusjurandum promissionis Dei Abrahæ factæ, generationem Isaac et Jacob, et eorum qui ex illo sunt patriarcharum, et quod Abraham vixerit annos centum octoginta (77): Ismael vero ex Agar, annos natus 137 mortuus sit. Præterea quomodo Joseph a fratribus sit venditus et adductus in Ægyptum, calumniamque a domina sua passus, et in carcerem conjectus, et tandem totius Ægypti principis constitutus. Istis subjungitur descensus Jacob 101 in Ægyptum cum filiis suis, numero 75, et quomodo illic constitutus Jacob, benedictionemque Patriarchis filiis suis impartitur. mortuus sit annos natus 147, corpusque illius translatum ac sepultum in terræ Chanaan. Et quod Joseph post famem Ægypti, annos vixerit 66, mortuusque sit anno ætatis suæ 110, posteaquam de ossibus suis mandaverat, ut et ipsa in monumentum patrum transferrentur.

(77) Vixit tantum 175 annos.

Ἡ δὲ ὄν εἰρηται ἐν τούτοις πάντα, τὰ τε τῆς Παλαιᾶς καὶ τῆς Νέας Διαθήκης βιβλία. Πᾶν ὅσον πρὸς ἀριθμὸν μόνον οὕτως τέως στενῶς προσηγγέλται. Τὸ δὲ ἐντελευτῶν διαληπτῶν πάλιν περὶ τῶν αὐτῶν βιβλίων πλατύτερον, παρὰ τίνος τε συνεργᾶν ἕκαστον τούτων, καὶ πόθεν, ἦν ἔλαχεν, ὀνομασίαν ἔχει, καὶ τί περιέχει, κεφαλαιωδῶς καὶ συνοπτικῶς, κατὰ τὴν προικειθεῖσαν τάξιν τοῦ καθ' ἐν βιβλίῳ διαγραφόμενου μετὰ τῆς οἰκίας ὀνομασίας.

#### Βιβλίον α'. Γένεσις.

5. Τὸ μὲν βιβλίον τοῦτο τῆς Γενέσεως Μωϋσῆς ἐστὶν ὁ λαλήσας καὶ γράψας ἐκ προστάγματος Κυρίου. Καλεῖται δὲ οὕτως, ἐπειδὴ καὶ τὴν γένεσιν πάντων περιέχει, οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, καὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν φανερῶν οὐρανῶν ὅλων, καὶ αὐτῆν τὴν τοῦ παραδείσου φυτεῖαν. Ἐξηγεῖται δὲ, ὅτι τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ γέγονε τὸ φῶς: τῇ δὲ δευτέρᾳ τὸ στέρεωμα, ὅπερ ἐκάλεσεν οὐρανὸν ὁ Θεός: τῇ τρίτῃ συνηχθῆ τὰ ὕδατα, καὶ ὄψθη ἡ γῆ: καὶ τὰ μὲν συστήματα τῶν ὑδάτων ἐκάλεσε θαλάσσης, τὴν δὲ ξηρὴν ἐκάλεσε γῆν· καὶ ἐβλάστησεν ἡ γῆ βοτάνην χρίτου, καὶ πᾶν ξύλον· τῇ τετάρτῃ προήλθεν ἥλιος καὶ σελήνη, καὶ πᾶς ὁ τῶν ἀστέρων χορὸς: τῇ πέμπτῃ πετεινῶν καὶ ἰχθύων καὶ κτηνῶν τῶν ἐν τοῖς ὕδασι γένεσις: τῇ ἕκτῃ τετραπόδων καὶ θηρίων καὶ ἔρπετων καὶ κτηνῶν, καὶ πλάσις ἀνθρώπου κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν: τῇ δὲ ἑβδόμῃ κατέπαυσεν ὁ Θεὸς ἀπὸ τῶν ἔργων, καὶ πύλιγγεν αὐτὴν. Ἔστι δὲ ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ τοῦ Ἀδὰμ παράθεσις, καὶ ἀπὸ τοῦ παραδείσου ἐξόδοσις, ἡ τε τοῦ Ἀβελ παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ Κάιν ἀνάθεσις, καὶ ἡ τοῦ Ἐνὸχ μεταθήσις, καὶ ἡ κατασκευὴ τῆς κιβωτοῦ, καὶ ὁ ἐπὶ Νῶε γενόμενος κατακλισμός, ἡ τε πυργοποιία, καὶ ἡ διαίρεσις τῶν γλωσσῶν, καὶ ἡ διασπορὰ τῶν ἐθνῶν, καὶ ἡ ἀπὸ Χαλδαίων ἐξοδος τοῦ Ἀβραάμ. Περιέχει δὲ καὶ τὴν καταστροφὴν τῶν Σοδόμων, καὶ τὴν περὶ τῆς περιτομῆς νομοθεσίαν, καὶ τὸν ὄρκον τῆς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸν Ἀβραάμ, τὴν τε γέννησιν τοῦ Ἰσαὰκ, καὶ τοῦ Ἰακώβ, καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ πατριαρχῶν· καὶ ὅτι ὁ μὲν Ἀβραάμ ἐζησεν ἔτη ρπ', ὁ δὲ Ἰσαὰκ, ὁ ἐκ τῆς Ἰσὴφ γεννηθεὶς, ἀπέθανεν ρζ' ἐτῶν· πῶς τε Ἰσὴφ ἐπρόθη παρὰ τῶν ἀδελφῶν εἰς Ἀίγυπτον, καὶ οὐκοφανθηθεὶς παρὰ τῆς κυρίας αὐτοῦ, ἐβλήθη εἰς τὸ ἐσσωτήριον, καὶ ὕστερον ἄρχων πάσης Αἰγύπτου κατεστάθη: καὶ ἔζησεν τὴν εἰς Αἴγυπτον κάθοδον τοῦ Ἰακώβ καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ ἐν ἀριθμῷ σς'. καὶ ὅτι ἐκεῖ γενόμενος ὁ Ἰακώβ, καὶ εὐλόγησας τοὺς πατριάρχας τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, ἐτελεύτησεν ἐτῶν ρμζ', καὶ μετηνήχθη τὸ σῶμα αὐτοῦ, καὶ ἐτάφη εἰς τὴν Χαναάν. Καὶ Ἰωσήφ δὲ μετὰ τὸν γενόμενον λιμὸν ἐν Αἰγύπτῳ, ἐπέζησεν ἔτη ες', ἐτελεύτησεν ἐτῶν ρε', ἐντεταλάμενος πρότερον περὶ τῶν ὀστέων αὐτοῦ, ἵνα καὶ αὐτὰ μετενεχθῆ εἰς τὸ μνήμα τῶν πατέρων.

## Βιβλίον β', Ἐξόδος.

## A

## Liber II, Exodus.

6. Καὶ τοῦτο τὸ βιβλίον τῆς Ἐξόδου ὁ προφῆτης Μωϋσῆς συνεγράφητο. Καλεῖται δὲ οὕτως, ἐπειδὴ καὶ τὴν Ἐξόδον τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ περιέχει τὴν ἀπ' Αἰγύπτου, τὴν γενομένην μετὰ μὲν ἔτη υ' τῆς ἐπαγγελίας τῆς εἰρημνῆς τῷ Ἀβραάμ, μετὰ δὲ ἔτη α' τῆς ἐν Αἰγύπτῳ παροικίας (τοσαῦτα γὰρ περιώκηται ἐκτὶ), καὶ μετὰ τὴν δεκάπληγον τὴν κατὰ τοῦ Φαραῶ τοῦ τυράννου τῆς Αἰγύπτου. Δέκα γὰρ πληγὰς ἐπέγραψεν ὁ Θεὸς κατ' αὐτοὺς ταύτας· πρώτην, ποταμῶν εἰς αἷμα μετέβαλε· δευτέραν, βατράχους ἐν πάσῃ Αἰγύπτῳ ἐπέγαγε· τρίτην, σκνίφας· τετάρτην, κυνώμιαν πέμπτην, θάνατον κτηνῶν· ἕκτην, ἕλκη, φλυκταίας ἀναλεύσας ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους καὶ τὰ κτήνη· ἑβδόμη, χάλιασαν καὶ πῦρ φλογίζον· ὄγδον, ἀκρόα· ἐνάτην, σκότος ἐν πάσῃ τῇ Αἰγύπτῳ ἐπὶ διαστήματα τριῶν ἡμερῶν χωρὶς τῆς γῆς υἱῶν Ἰσραὴλ· δεκάτην, θάνατον πάντων τῶν πρωτοτόκων Αἰγύπτου ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους. Καὶ ἐπεὶ ἐξεληθόντα τὸν λαὸν καταδεδωκεν ὁ Φαραῶ, οὕτω λοιπὸν ὁ μὲν Ἰσραὴλ ἐξῆρθε τῷ ποτῷ διέβη τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν διατρεθείσας ἐνθεν καὶ ἔθεν· οἱ δὲ Αἰγύπτιοι οἱ διώκοντες τὸν λαὸν σὺν αὐτῷ τῷ Φαραῶ καταποντισθῆσαν ἐν αὐτῇ τῇ θαλάσῃ. Ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ περιέχεται καὶ πῶς οἱ μέγιστοι τῶν Αἰγυπτίων, Ἰαννῆς καὶ Μαμθῆς, κατὰ μὲν τὴν ἀρχὴν ἀντέστησαν τῷ Μωϋσῇ. Ὑστερον δὲ, ἀλαχυνθέντες, ἀνεχώρησαν καὶ ἡ περὶ τοῦ Πάστρα νομοθεσία, ἣ τε τοῦ μικροῦ ὕδατος εἰς γλαυκὴ μεταβολή, καὶ τῆς ὄρνυγματρίας ὄσις, καὶ ἡ ἐξ οὐρανοῦ χορηγία τοῦ μάννα, καὶ τὸ ἐκ πέτρας ἀναδοθὲν αὐτοῖς ὕδωρ, ἣν καὶ ἐπωνόμασε Μωϋσῆς πειρασμῶν καὶ λοιδορησάν ὅτι καὶ ἀρχὴν ἔσχεν ἡ τοῦ σαββάτου παρατήρησις, ἣ τε ἐν τῷ ὄρει τῷ Σινᾷ θεοδὲν νομοθεσία γενομένη διὰ Μωϋσεῶς ἐν δύο ἐλαφί λίθιναίς, καὶ ἡ τῆς σκηνῆς καὶ τοῦ ἐνδύματος, τῷ τε ἀρχιερεὶ καὶ τῶν ἱερῶν κατασκευῇ, ἐνταῦθα σημαίνεται. Οἱ μὲν οὖν ἐργασάμενοι πάντα εἰσὶ Βεσελεὴλ ἐκ φυλῆς Ἰούδα, καὶ Λιάβ (78) ἐκ φυλῆς Δάν. Τὸ δὲ ἀναλωθὲν εἰς τὰ ἔργα ἐστὶ χρυσοῦ μὲν τάλαντα κθ', καὶ σίκλοι ψ'· ἀργύρου δὲ τάλαντα ρ' (καὶ σίκλοι αψοε' (79)· χαλκοῦ τάλαντα σ', καὶ σίκλοι βψ'. Περιέχει δὲ τοῦτο τὸ βιβλίον τὴν τε παράθεσιν τοῦ λαοῦ, ὅτε ἐμοσχοποίησε κάτω τοῦ ὄρους, καὶ πῶς ἐτιρώθη ὁ Ἀμαλὴκ τῇ ἐκτάσει τῶν χειρῶν Μωϋσεῶς, καὶ λοιπὸν νόμιμα καὶ δικαίωματα, καὶ ἄλλοι αὐτῶν τὰς ἐν πλαξὶ δέκα ἐντολὰς ταύτας· πρώτην, Ὁ γὼ εἰμὶ Κύριος· ὁ Θεὸς σου· δευτέραν, Ὁ ποιήσεις σεαυτῷ εἰδωλόν, οὐδὲ παντὸς ὁμοιωμα· τρίτην, Ὁ λήψῃ τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου ἐπὶ ματαίῳ· τετάρτην, Μνήσθητι τὴν ἡμέραν τῶν σαββάτων· πέμπτην, Τίμα τὸν Πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου· ἕκτην, Ὁ φονεύσεις· ἑβδόμη, Ὁ μοιχεύσεις· ὄγδον, Ὁ κλέψεις· ἐνάτην, Ὁ ψευδομαρτυρήσεις κατὰ τοῦ πλησίον σου μαρτυρίαν ψευδῆ· δεκάτην, Ὁκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου, οὐδ' ὅσα τῷ πλησίον σου ἐστίν. Ἡ δὲ σκηνῆ, τε-

B

C

D

6. Et hunc Exodi librum Moyses, de quo jam meminimus, conscripsit. Vocatur autem hoc nomine, quia Exodum seu egressionem filiorum Israel ex Ægypto continet, quo contigit post promissionem Abraham factam anno quadragesimo tricesimo, post incolatum vero in Ægypto ducesimo quintodecimo (tot enim annos in illa exsularunt), et post decem plagas Pharaoni Ægypti tyranno illatas. Nam decem hasce plagas contra illum Dominus induxit: primam, qua fluminis undam mutavit in sanguinem; alteram, qua ranas in tota Ægypto produxit; tertiam, qua sciniphes; quartam, qua muscam caninam; quintam, qua mortem jumentorum; sextam, qua ulcera turgentia et urentia hominibus et jumentis immisit; septimam, qua grandinem et ignem flammantem dejecit; octavam, qua locustam; nonam, qua triduanas universæ Ægypto tenebras, dempta terra filiorum Israel, intulit; decimam, qua omnes Ægypti primogenitos ab homine usque ad jumenta occidit. Deinde commemoratur, quomodo egressum populum persecutus sit Pharaon, et Israel quidem sicco pede mare Rubrum hac atque illac divisum transierit: Ægyptii vero, populum insectati, cum Pharaone in ipso mari submersi sint. Comprehenditur et hoc libro, quomodo Jannes ac Mambres Ægyptiorum magi principio quidem Moysi resisterint, tandem vero pudefacti discesserint. Præterea enarratur Paschatis lex, aquæ acerbitas in dulcedinem mutata, coturni cum data copia e cælo, suppeditatum manna, data ipsi aqua e petra, quam et tentationem et jurgium Moyses appellavit. Tunc et Sabbati observantia initium sumpsit, et legislatio divinitus in monte Sina per Mosem in duabus tabulis lapideis facta est. Et de tabernaculo deque indumento, cum summi pontificis, tum reliquorum sacerdotum parandis, in hoc libro significatur. Rerum autem omnium artifices fuere, Beseleel ex tribu Juda, et Liab ex tribu Dan. Operum vero sumptus, auri talenta viginti novem, et sicli septingenti: argenti vero talenta centum (et sicli 1775), æris autem septuaginta talenta, et sicli bis mille quingenti. Continet hic liber et transgressionem populi, qua vitulum sub monte conflavit. Et quomodo Amalec per extensionem manuum Mosis percussus sit, necnon deinceps leges et justificationes, et ante istas decem præcepta tabulis inscripta, quorum primum est: Ego sum Dominus Deus tuus; alterum, Non facies tibi ipsi simulacrum, neque ullius rei similitudinem; tertium, Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum; quartum, Recordare diei Sabbatorum. quintum, Honora patrem tuum, et matrem tuam; sextum, Non occides; septimum, Non mœchaberis; octavum, Non furaberis; nonum, Non dices contra proximum tuum falsum testimonium; decimum,

(78) Legitur, Ἐλιᾶβ, Exod. xxxi, 6.

(79) Siclorum argenti summam ex LXX, supplevimus Exod. xxxix.

Non concupiscas uxorem proximi tui, neque quidquam eorum, quæ sunt proximi tui. Tabernaculum autem anno secundo post egressum Ægypti, neomenia primi mensis perfectum est. Et in istis terminatur Exodi liber.

### 102 Liber III, Leviticus.

7. Et hic liber Leviticus a Moyse conscriptus est. Id autem nominis ob eam causam accepit, quod peculiariter universam Levitici muneris formam contineat, et quo pacto ex tribu Levi in sacerdotes electi sint et uncti Aaron et filii illius : et quidquid discriminis est inter sacrificia et oblationes : et qualis sit universus tabernaculi cultus : qualis item sit Levitici ac sacerdotalis muneris functio. Deinde et cujusque sacrificii legem exponit, cum ejus, quod salutis gratia, tum ejus quod pro delicto, sive spontaneo, sive involuntario sit offerendum ; et quomodo oblata singula dividenda sint et referenda. Enarratur item in hoc libro, quæ sit summi sacerdotis et aliorum sacerdotum unctio : ad hæc, judicium et cognitio indiciorum quibus tam hominum, quam instrumentorum, parietumque domorum lepra deprehendi possit : et qui sit eorum expiandorum ritus. Præterea quæ sit lex ac distinctio connubiorum legitimorum, et quæ pro illegitimis sint habenda. Item quid discriminis sit inter munda et immunda animalia, volucres ac pisces quoque ; videlicet, quibusnam ex istis vesci possint Hebræi, quibusnam vero abstinere debeant. Declarat etiam qui sit tubarum dies in neomenia mensis septimi, et magni jejunii præceptum, quod eodem septimo mense, decima mensis custodiendum sit, quam Sabbatum sabbatorum, et peccati remissionem vocat. Festum autem Tabernaculorum decima quinta mensis ejusdem celebrandum ponit. Agit quoque de festis, et quæ in illis offerenda sint præcipit : item de manumittendis Hebræis, qui in servitutem venundati sint, de debitorum remissione, de quiete septimo quoque anno terræ concedenda. Ad hæc de legalibus, præceptis ac testimoniis admonet, simulque servantibus illa bona pollicetur, transgredientibus vero gravissima mala minatur. Inter citos vero mundos et immundos ad hunc modum discernit : In jumentis istiusmodi munda esse dicit : videlicet, quæ ungulam dividunt, et geminas ungulas habent, ac ruminantem regerunt. Qualia sunt, vitulus, ovis, capra, cervus, caprea, oryx, bubalus, pygargus, tragelaphus, camelopardalis, et quæ sunt hujusmodi. Si vero cuiquam horum aliquid defuerit, pro immundo habendum decernit ; ut sunt camelus, lepus et chærogrillus. Nam ista animalia ruminant quidem, ungulam vero non findunt : et sus quoque : etenim et ipse quidem ungulas habet ac dividit, sed non ruminat. De volatilibus vero, quæ edi vetat, hæc sunt : Aquila, gryphes, halietus, vultur, milvius, et his similia : et ceterum item et quæ illi similia, passer, et noctua, et larus, et similia, accipiter et quæ illi consimilia sunt, nycticorax, cataractes, ibis,

λειωθείσα, ἐστάθη τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς ἑξῆδος αὐτῶν νεομηνίας τοῦ πρώτου μηνός. Καὶ ἐν ταύταις συμπεραίνεται τὸ τῆς ἑξῆδος βιβλίον.

### Βιβλίον γ', Λευιτικόν.

7. Καὶ τοῦτο τὸ Λευιτικὸν βιβλίον παρὰ τοῦ προδρλωθέντος Μωϋσέως συνεγράφη. Ὑπομνήσεται δὲ οὕτως, ἐπειδὴ καὶ ἰδικῶς πᾶσαν τῆς Λευιτικῆς λειτουργίας τὴν δευτύπωσιν περιέχει, καὶ πῶς ὁ Ἀαρὼν καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ ἐκλέγονται ἐκ τῆς φυλῆς Λευὶ, καὶ χροῦνται εἰς ἱερέας· πᾶσαν τε τὴν διαφορὰν τῶν θυπιῶν καὶ τῶν προσφορῶν, καὶ τὴν ποιότητα πάσης τῆς ἐν τῷ ἱερῷ λατρίας, καὶ τῆς Λευιτικῆς ; καὶ ἱερατικῆς λειτουργίας· καὶ τὸν νόμον δὲ ἐκάστης ὁμοίας· περὶ τε τοῦ σωτηρίου καὶ τοῦ ἔκαστου καὶ ἀκούσιου πληγμειλήματος, καὶ πῶς ἔκαστον τῶν προσφορομένων διαρίζεται καὶ ἀναφέρεσθαι ὀφείλει, ἐξηγεῖται. Διελήπεται δὲ ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ καὶ ἡ χρεῖς ἀρχιερέως καὶ τῶν ἱερέων, καὶ ἡ διακρίσις καὶ γνώσις σημείων περὶ λέπρας ἀνθρώπων καὶ ἱματίων, καὶ τοίχων οἰκίας, καὶ ὁ νόμος ὁ περὶ τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν νόμος τε καὶ διαστολὴ περὶ νομίμων γάμων, καὶ τίνες εἶσι παράνομοι· καὶ πάλιν διαστολὴ καθαρῶν καὶ ἀκαθάρτων κτηνῶν τε καὶ πετεινῶν καὶ ἰχθύων ἐρηλοῦται· τίνοι μὲν ἐκ τούτων ἀπογεύεσθαι ὀφείλουσιν οἱ Ἑβραῖοι, τίνοι δὲ ἀπέχεσθαι. Καὶ τὴν μὲν ἡμέραν τῶν σαβίγγων τῆ νεομηνίας τοῦ ἑξῆδου μηνός θεοῦ, τὸ δὲ παράγγελμα τῆς μεγάλης νηστείας αὐτῷ ἑξῆδῳ μηνί, δεκάτῃ τοῦ μηνός ποιῆσαι ταύτην, ἦντινα σαββάτα σαββάτων, καὶ ἄφεσιν ἀμαρτίας καλεῖ. Περιέχει τὴν δὲ Σκηνοπηγίαν τῆς ἐ' τοῦ αὐτοῦ μηνός. Καὶ περὶ ἑορτῶν δὲ, καὶ τῶν ἐν αὐταῖς ὀφειζόντων προσφέρεισθαι· καὶ περὶ ἀφέσεως τῶν πηρασσομένων Ἑβραίων, καὶ χρεῶν ἀποκοπῆς, καὶ ἀναπίστεως πῆς γῆς, κατὰ ἐπτά ἔτη ὀφειλούσης γενέσθαι, ἐξηγεῖται. Πάλιν τε ὑπόμνησιν νομίμων καὶ προσταγμάτων, καὶ μαρτυρίων· περιέχει καὶ ἐπαγγελίας μὲν τοῖς φυλάσσουσιν αὐτὰ, ἀπειλὰς δὲ τοῖς παραβαίνουσιν δεινότητος. Τῆν δὲ διαστολὴν καὶ τὴν αἰτίαν τῶν καθαρῶν καὶ ἀκαθάρτων βρωμάτων οὕτω ποιῆται. Τὰ μὲν ἀπὸ τῶν κτηνῶν καθαρὰ τοιαῦτα λέγει· τὰ δὲ κτηνοῦντα ὀπίην, καὶ ὄνυχιστῆρας ὄνυχίζοντα δύο χηλῶν, καὶ ἀνάγοντα ἰσθμῶν οἶα ἐστὶ, μύσχος, πρῆβαν, αἰξί, ἑλαφος, θορκῆς, ὄρεξ, βοδάλος, πύγαρος, τραγέλαφος, καμυλοπάρβαλις, καὶ τὰ τοιαῦτα. Εἰ δὲ τιν ἐκ τούτων τι ἐνέλειπε, τοῦτο ἀκάθαρτον ἦν· οἶα εἶσι, κάμηλος, καὶ βαρῆπος, καὶ χοιρογρύλλος· ταῦτα γὰρ μηρυκάται μὲν, οὐ δὲ κτηνοῦντα ὀπίην· καὶ ὁ ὕς· καὶ οὗτος γὰρ κτηνοῦντα μὲν καὶ ὄνυχίζει, οὐ μηρυκάται δὲ. Ἀπὸ δὲ τῶν πετεινῶν πάλιν, ἃ κλεῖται μὴ ἐσθῆναι, ταῦτα ἐστὶν ὁ ἀετός, ὁ γρυψ, ὁ ἀλιετός, ὁ γιψ, ὁ ἰκτινός, καὶ τὰ τοῦτους ὄμοια· καὶ κόραξ, καὶ τὰ ὄμοια τούτου, καὶ σφουρδός, καὶ γλαῦς, καὶ λάρνος, καὶ τὰ ὄμοια αὐτοῖς, καὶ ἱέραξ, καὶ τὰ τούτου ὄμοια, καὶ νυκτικόραξ, καὶ καταράκτης, καὶ ἱβίς, καὶ πορφυρίων, καὶ πελεκάν, καὶ κύκνος, καὶ ἐρωδός, καὶ χαρὰβός, καὶ τὰ ὄμοια αὐτοῖς, καὶ ἐπόψ, καὶ

νυκτερίς. Τῶν δὲ ἔρπετων πετεινῶν ἀκάθαρτα πάντα λέγει εἶναι τὰ πορευόμενα ἐπὶ τεσσάρων, ἐχόντων δὲ ἀνώτερον τῶν ποδῶν σκέλη, ὥστε ἐν αὐτοῖς πηδῆν ἀπὸ τῆς γῆς· οἳ ἐστίν, ὁ βροῦχος, ὁ ἀτταγᾶς, ἡ ἀκρίς, καὶ τὰ ὅμοια αὐτοῖς, καὶ ὁ ὀμοιόμαχος. Τὰ δὲ ἐν τοῖς ὕδασι, ἐν τῇ θαλάσῃ, καὶ τοῖς ποταμοῖς, καὶ χειμάρροις γεννόμενα, ταῦτα λέγει εἶναι καθάρτα, ὅσα ἔχει περὶ γὰ καὶ λέπιδας· οἳ ἐστὶν τριγλα, σκάρος, γλαυκός, κεστρεύς, καὶ τὰ ὅμοια αὐτοῖς. Τὰ δὲ λεπίσματα ἐν τῷ τούτων ἀκάθαρτα, ἢ καὶ ὠ βρωτεῖα· οἳ ἐστὶ σπηλαί· περὶ γὰρ μὲν γὰρ ἔχει, οὐκ ἔχει δὲ λέπιδας. Τῶν δὲ ἔρπετων, τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, ἀκάθαρτα ταῦτα λέγει· τὴν γαλῆν, τὸν χερσαῖον κροκόδειλον, τὴν μυγαλῆν, τὸν χαμαιλέοντα, τὸν ἀσπιδόβητην, τὴν σαύραν, καὶ τὸν ἀσπίδακα. Περὶ γὰρ τοῦ θρωεὺς καὶ τῶν ὀμοίων αὐτῷ, περιττὸν ἔστι μνημονεύσαι· φανερῶς μὲν γὰρ φησὶ ταῦτα πᾶσι βδελυκτὰ εἶναι καὶ μισητὰ· ὅμως δὲ καὶ ἐμνημόνευσεν ἐν τῷ δευτερονόμιῳ περὶ αὐτῶν.

### Βιβλίον δ', Ἀριθμοί.

8. Τοῦ αὐτοῦ Μωϋσέως καὶ τοῦτο τὸ βιβλίον, τῶν Ἀριθμῶν συγγραφή. Λέγεται δὲ οὕτω τὸ βιβλίον, ἐπειδὴ καὶ τοῦ λαοῦ παντὸς ὁ ἀριθμὸς ἐν τούτῳ παρίσχηται, ἐκάστης φυλῆς τῶν Ἰουδαίων ἐκ προστάγματος Κυρίου μετρηθεῖσας. Ἡριθμήθη δὲ ὁ λαὸς ἀπὸ εἰκοσαετοῦς καὶ ἐπάνω, πᾶς ἀνὴρ ἐκπορευόμενος εἰς πόλεμον, χωρὶς τῆς φυλῆς τοῦ Λευὶ· αὕτη γὰρ καθ' ἑαυτὴν ἐμετρήθη· καὶ εὐρέθη ὁ ἀριθμὸς τῶν μετρηθέντων χιλιάδες ἑξακόσαιοι καὶ, τρισχίλιοι πεντακόσιοι πενήκοντα. Οἱ δὲ ἀριθμοῦντες ἦσαν τὸν μὲν λαὸν Μωϋσῆς καὶ Ἀαρὼν, καὶ σὺν αὐτοῖς ἐκάστης φυλῆς ἀρχοὺν. Καὶ ἐστὶ τῶν τε ἀρχόντων τὰ ὀνόματα ταῦτα, καὶ ὁ ἀριθμὸς οὗτος·

(80) Τῶν Ῥουβὶμ Ἐλισούρ, υἱὸς Σεθιούρ· καὶ ἦν ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν χιλιάδες μζ' καὶ πεντακόσιοι.

Τῶν Συμεὼν Σαλαμιήλ, υἱὸς Σουρισαδάι· καὶ ἦν ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν χιλιάδες οδ' καὶ ἑξακόσιοι (81).

Τῶν Ἰσάχαρ Ναθαναήλ, υἱὸς Σωγάρ· καὶ ἦν ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν χιλιάδες νδ' καὶ τετρακόσιοι.

Τῶν Ζαβουλὼν Ἐλιὰβ, υἱὸς Χελών· καὶ ἦν ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν χιλιάδες νζ' τετρακόσιοι.

 οἶκον, καὶ εὐρών τι ἀπὸ τῆς πόλεως, μετήρην ἐκεῖσε,  
 καὶ μετὰ χαρᾶς πάντα τὰ αὐτοῦ, καὶ καταλείπων  
 ἐξ οἰκονομίας Θεοῦ, τὴν εἰκόνα τοῦ Κυρίου ἀφῆκε,  
 καθὰ ἔφη.

3. Ἰουδαῖος δὲ τις ἐλαβεν ἐνοικίῳ τὸν οἶκον ἐκεῖνον,  
 ἐνθα ἡ εἰκὼν τοῦ Κυρίου Ἰστατο. Εἰσαγαγὼν δὲ πάντα  
 τὰ αὐτοῦ κατέμενον ἐν οἴκῳ, μὴ θεωρήσας τὴν εἰκό-  
 να τοῦ Κυρίου, οὗ ἴστατο ἐκεῖ. Οὐδὲ γὰρ ἐνόησε τὸν  
 τόπον ἐκεῖνον, ἀλλ' εἰσεβῶν κατέμενον. Ἐν μᾶ ἰδὲ  
 τῶν ἡμερῶν ἐκάλεσε ὁ αὐτὸς Ἰουδαῖος σύνθετον αὐ-  
 τοῦ ἐπὶ ἀριστον. Καὶ ἐν τῷ ἀριστῶν αὐτοῦ, ἐπάρας  
 τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ὁ κληθεὶς Ἰουδαῖος εἰς τὴν εἰ-  
 κόνα τοῦ ἐσταυρωμένου, ἐκεί ὕβρις παμπόλλας καὶ  
 ἀθεμίτους, ἀφ' ἧς ὕρας εἶδε τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ,  
 κατ' αὐτῆς εἶπε, ἃς οὐ τοιμῶ, μὴ γένοιτο ! γράψαι,  
 ὡσπερ εἶπεν κατὰ τοῦ Σωτήρος ἡμῶν ὁ παράνομος  
 Ἰουδαῖος, ἰδὼν τὴν εἰκόνα τοῦ Κυρίου. Ἐπιπροσέ-  
 ρησε δὲ αὐτὸς τὸν κληθέντα Ἰουδαῖον λέγων, οὗ Μί-  
 χρι τοῦ παρόντος οὐκ εἶδον τὴν εἰκόνα ταύτην. Καὶ  
 ἐσώπησεν ὁ κληθεὶς. Ἀπελθὼν δὲ πρὸς τοὺς ἀρχι-  
 ρεῖς, διαβάλλει τὸν Ἰουδαῖον τὸν ἐκ τῷ οἴκῳ γένον,  
 ὅτι Ὁ θεῖα εἰκόνα ἔχει τοῦ Ναζωραίου ἐν τῷ οἴκῳ  
 αὐτοῦ. Οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐπλήσθησαν θυμοῦ μεγάλου,  
 καὶ τὴν ἐσπέραν ἐκείνην ἤσυχασαν.

4. Πρωτὰ δὲ ἦδη γενομένης, παραλαμβάνουσιν οἱ  
 ἀρχιερεῖς αὐτὸν τὸν διαβάλλοντα τὸν Ἰουδαῖον καὶ  
 ὄχλον πολλὸν ἔθνους αὐτοῦ, καὶ ἀπέρχονται ἐν τῷ  
 οἴκῳ τοῦ Ἰουδαίου, ἐνθα ἡ εἰκὼν τοῦ Κυρίου ἴστατο.  
 Γενόμενοι ἐπὶ τοῦ τόπου, εἰσπήδησαν οἱ ἀρχιερεῖς  
 καὶ οἱ πρεσβύτεροι σὺν τῷ καταμηνύσαντι, καὶ ὄρωσι  
 τὴν εἰκόνα τοῦ Κυρίου ἰσταμένην, ὑποδείξαντος ἐκεί-  
 νου. Τότε θυμωθέντες σφόδρα, τὸν μὲν Ἰουδαῖον  
 τὸν κατοικοῦντα ἐν τῷ οἴκῳ ἀποσυναγωγῶν ποιήσαν-  
 τες ἦλθσαν· τὴν δὲ εἰκόνα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ  
 Χριστοῦ καταναγόντες ἔφησαν, ὅτι καθὼς καὶ οἱ πατέ-  
 ρες ἡμῶν ἐνέπαψαν αὐτὸν \* τότε τὸν τοιοῦτον. Τότε  
 ἤρξαντο ἐμπύειν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ τῆς ἁγίας  
 εἰκόνας τοῦ Κυρίου, καὶ ἐβράβησαν αὐτὴν κατὰ πρό-  
 σωπον ἐνθεν καὶ ἐνθεν (16). Καὶ ταύτην βραβίζοντες,  
 ἔλεγον· Ὅσα ἐποίησαν οἱ πατέρες ἡμῶν, πάντα ποι-  
 ῆσωμεν καὶ ἡμεῖς τῇ εἰκόνι αὐτοῦ. Καὶ λέγουσιν·  
 Ἠκούσαμεν, ὅτι ἐνέπαψαν αὐτὸν, καὶ ἡμεῖς αὐτὸ  
 ποιήσωμεν. Ἐμπαιγμάς οὖν ἀπείρους ἐνέπαψαν τῇ  
 εἰκόνι τοῦ Θεοῦ. Ἀπορῶ δὲ λέγειν ὅμιν ὅτι τελο-  
 μῆται. Εἶτα λέγουσιν· Ἠκούσαμεν, οὗ ἦλθσαν αὐ-  
 τοῦ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας· τοῦτο καὶ ἡμεῖς ποι-  
 ῆσωμεν. Τότε καὶ τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας τῆς τοῦ  
 Κυρίου εἰκόνας ἐπέψαν ἦλους. Πάλιν λέγουσι μιμη-

(15) In Concil. Nic., ἐπεζήτησε μετόπον μείζον.  
 De voce, Μιτατον. Vide in *Onomastico*.

(16) Ita Colbert. 1. Editi, ἐνθεν, καὶ ἐνθεν,  
 male.

ἄντας· ἤκουσαμεν, οἱ ἐξ ὧν καὶ γόηθι ἐπόησαν αὐτὸν μετὰ σπόγγου· ποτήσωμεν αὐτὸν καὶ ἡμεῖς· καὶ ἐποίησαν προσθέντες εἰς τὸ στόμα τοῦ Κυρίου σπόγγον ἐξ ὕδατος πεπληρωμένον. Πάλιν λέγουσι· Μιμηθήκαμεν, οἱ καλῶν ἔτυπον αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν οἱ πατέρες ἡμῶν· τὸ αὐτὸ καὶ ἡμεῖς ποιήσωμεν. Καὶ λαβόντες κάλαμον ἔτυπον τὴν κεφαλὴν τῆς εἰκόνης. Τέλος λιπὸν λέγουσιν, ὡς Ἀκριθῶς μνησάντων, οἱ τὴν πλευρὴν αὐτοῦ λόγχην ἤνοιξαν· μηδὲν παραλείψωμεν, ἀλλὰ προσθώμεν καὶ τοῦτο. Ποτήσαντες ἐνεχθῆναι λόγχην, ἐπέστρεψάν τινα αὐτῶν ἄραι τὴν λόγχην· καὶ ἄραν κατὰ τῆς εἰκόνης τοῦ Κυρίου, εὐθέως· οὐκ ἀνέδρασε πλῆθος αἵματος καὶ ὕδατος ἐξ αὐτῆς.

5. Χριστὲ, εἶδε σοι· ἀκατέληπτε, εἶδε σοι. Τίς ὡς σὺ, Δέσποτα· Τίς πάλιν σοῦ, Θεοῦ, ποιῶν φοβερὰ καὶ ἐξαιρία· ἢ τοῦ θαύματος τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μεγαλειότητος! Ἐρριξαν ἀληθῶς αἱ ἄνα ἄγναι δυνάμεις καὶ ἐπὶ τοῦτο. Πόσος εἶ, Δέσποτα, εἰς φιλανθρωπίαν! Ὅπως σὺ ἐν ἐλέει! Πρῶτην γὰρ δι' ἡμᾶς καὶ ἰὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρωθεὶς ὁ ἄσαρκος ἐκ Παρθένου Μαρίας, Ἰσταυρώθης ἐν ἐκσίγη τῆ σαρκί, ἀπαθῆς ὁ αὐτὸς ἐν τῇ θεότητι. Νῦν δὲ πάλιν ἐν τῇ εἰκόνι σου Ἰσταυρώθης, ὡ Δέσποτα, εἰς ἔλεγχον μὲν τῶν ἀσεβῶν καὶ πάντων τῶν ἀπίστων, σκληργμῶν δὲ τῶν ἐν ἀληθείᾳ εἰς σὲ πιστευόντων. Ἀλλὰ εἶδε σοι, Δέσποτα, τῷ μόνῳ τὰ πάντα ἐναμείνω, ἅμα τῷ εὐλογητῷ Θεῷ ἡμῶν Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Ἀμήν.

6. Ἦμεῖς δὲ, τέκνα, ἀκούσατε τὰ λοιπὰ, ἀπερὶ φρονίμωσιν ἢ αὐτοῦ ἀγαθότης. Μετὰ γὰρ τὸ κρουσθῆναι τῇ λόγχῃ τὴν πλευρὴν τῆς εἰκόνης τοῦ Κυρίου, καὶ ἀναδύσασαι τὸ αἷμα καὶ τὸ ὕδωρ, ὡς ἑτέρως εἴρηται, λέγουσιν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ· Ἐπειδὴ θρωλοῦσιν αὐτὸν οἱ σεβόμενοι οἱ καὶ λάσει· πολλὰ ἐποίησε, λάβωμεν αὐτοῦ τὸ αἷμα καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ ἀγάγωμεν εἰς τὴν συναγωγὴν, καὶ συνάξωμεν πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας τοῦ λαοῦ, καὶ χρίσωμεν αὐτοὺς ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἴσωμεν εἰ ἀληθῆ εἰσι τὰ λεγόμενα. Τότε προσήνεγκαν τῇ πλευρῇ τοῦ Κυρίου βῆσαν κατὰ τὸν τόπον τῆς σφαγῆς τῆς λόγχης, ὅθεν ἐξῆιεν τὸ αἷμα καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ ἐπιλησαν τὴν βῆσαν. Καὶ ἀπαγαγόντες, ἐμπαιζόντες, ἔνα, ὡς ἐνώμιζον, ὄβριθωσιν ἐπὶ πάντων, συνήξαν πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας, πρῶτον πάντων παρὰλυτον, ὃν εἰς γενεθῆς ἤδρασαν αὐτόν, καὶ προσαγαγόντες ἔχρισαν αὐτόν. Καὶ αὐτὸς ἀνεπήδησε, καὶ ἤλατο ὀργανθεὶ καθόλου ὁ ἀνόητος. Ἔστα ἤγαγον τυρλοῦς, κάκεινοι ὁμοίως χρωθέντες ἀνέβλεψαν, δαιμονιώντες ἀναριθμητοὶ παρατυχεῖς ἐκαθαρίσθησαν. Ταραχὴ γέγονε μεγάλη κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν, πάντων ἐπιτρεχόντων διὰ τὰ ἀπειρα θαύματα. Ἐκινήθησαν πάντα τὰ πλῆθη τῶν Ἰουδαίων, τῶν οἰκούντων τὴν πόλιν, ὡς μήτε τὴν συναγωγὴν αὐτῶν, καίτοι μεγίστην οὔσαν, χωρεῖν, μήτε τὸν τόπον, τοῦ πλῆθους τοῦ ἀπίστου λαοῦ συνδραμόντος διὰ τὰ ἀπειρα θαύματα. Πάντες δὲ οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ πρεσβύτεροι, καὶ ὁ λαὸς, καὶ τὰ πλῆθη τῶν Ἰουδαίων, ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν καὶ παιδῶν, ἐπίστευσαν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, κράζοντας καὶ λέγοντας· Δεῖδε σοι, Χριστὲ, ὅτι οἱ πατέρες ἡμῶν Ἰσταύρω-

A gia potasse illum : id nos quoque faciamus ; quod et fecerunt, apposita ori Domini spongia aceto plena. Nunc inquit : Didicimus patres nostros arundine percussisse caput ejus ; idipsam nos agamus. Arreptaque arundine percutiebant caput imaginis. Denum aiunt : Accurate didicimus eos lancea latus ejus aperuisse, nihil omitamus, sed illud quoque adjectivam. Lanceamque afferri curarunt, ac jussere cuidam e suis ut lanceam vibraret : qua vibrata in imaginem Domini, statim ex illa manavit sanguinis et aque copia.

5. Gloria tibi, Christe : qui incomprehensibilis es, gloria tibi. Quis tibi similis, Domine ? Quis præter te faciens terribilis et prodigia ? O miraculum magnificentiæ Salvatoris nostri ! Horrere plane hac in re sanctæ superne virtutes. Quantus es, Domine, re clementia erga homines ! Quantus misericordia ! Olim propter nos et propter nostram salutem, incarnatus ex Virgine Maria, tu carnis expers qui eras, in illa carne crucifixus es, impassibilis cum sis in deitate. Nunc autem in tua imagine crucifixus es, o Domine, ad confutationem impiorum, omniumque infidelium, et ad confirmationem eorum qui in veritate in te credunt. Sed gloria tibi, Domine, qui solus omnia potes, eum benedicto Deo nostro Patre et sancto Spiritu. Amen.

6. Vos autem, filii, audite cætera, quæ ejus bonitas dispensavit. Postquam enim latus imaginis Domini lancea perforatus esset, cum efflueret sanguis et aqua, ut alibi dictum est, aiunt principes sacerdotum 294 et seniores populi : Quandoquidem cultores ejus jactitant eum multas curavisse infirmitates, accipiamus ejus sanguinem et aquam, deferamus in synagogam, ac cogamus omnes e populo qui ægritudine laborant, eoque illos unguamus, videamusque an vera sint quæ vulgo feruntur. Tum adnotata lateri Domini amphora ad locum ubi vulnus erat lancea inflictum, unde profluebat sanguis et aqua, impleverunt amphoram. Abducentesque ac illudentes, quo nullam non, ut sibi videbatur, contumeliam adhiberent, coegerunt omnes qui male habebant, primumque omnium paralyticum, quem ex nativitate ita se habere norant, adductumque unxerunt : qui statim exsiliit et exsultavit, omnino sanus. Deinde cæcus adduxerunt, qui similiter inuncti viderent, dæmoniaci innumeri confestim purgati sunt. Tumultus magnus per totam urbem exortus est, omnibus ob infinita mirabilia accurrentibus. Commota est omnis Judæorum turba quæ habitabat in ista urbe, ita ut ne synagoga quidem eorum, maxima licet esset, capere posset, neque locus esset immensæ multitudini populi ob infinita miracula concurrentis. Omnes porro principes sacerdotum, seniores, populus, et turba Judæorum, virorum, mulierum et puerorum crediderunt in Dominum nostrum Jesum Christum, clamantes ac dicentes : Gloria

tibi, Christe, quem patres nostri crucifixerunt, qui jam a nobis in imagine tua crucifixus es. Gloria tibi, Fili Dei viventis, qui tanta edidisti miracula. Tibi credimus : propitius nobis esto, et nos recipito. Hæc omnes clamabant, lugentes ; eorumque clamor ascendebat, dum ungerent principes sacerdotum, omnesque curarentur et reviviscerent.

7. Postquam autem sanati omnes fuissent, turbæ Judæorum ad episcopum illius Ecclesiæ, qui rem gestam jam dixerat, concurrere, clamantes : Unus Deus Pater, unus Filius ejus unigenitus, unus Christus, quem patres nostri crucifixerunt : ipsum esse Deum scimus, huic nos credimus. Cum multis ergo laudibus Deum celebrasset, imaginemque archiepiscopo ostendissent, renuntiassentque ea quæ ipsi perpetraverant in Christi imagine, pariter indicabant sanguinem et aquam emanasse : qua ratione item ex latere imaginis effluxisset, quam immensa edita essent miracula. Tum omnis multitudo rogabat ut sibi sancti baptismi gratia tribueretur. Quos episcopus admissos, una cum illius Ecclesiæ clero, omnes multorum dierum spatio baptizavit. Synagogam vero consecravit in ecclesiam Salvatoris nostri Jesu Christi, ipsis scilicet rogantibus. Cæteras autem eorum synagogas in martyria convertit. Hinc magna exorta est lætitia in illa civitate, non modo curatis corporibus, sed tot animabus a morte ad vitam revocatis.

8. Hæc vobis ego, rei gestæ gnarus, significanda duxi, dilectissimi fratres, ad utilitatem animarum vestrarum : ut ea quoque in re, agnita Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi virtute, magis magisque in ejus fide confirmemini, atque exultetis ob gloria ejus miracula, nunc edita. Date igitur illi gloriam cum lætitia et compunctione cordis, in locum gaudentes, gratiasque agentes ei de magnificentia sua ; quod nos vera in ipsum fide et cognitione sua donaverit. Etiam, filii mei dilecti, jam in præsentî agnoscamus virtutem immensi Dei et Domini nostri Jesu Christi. Et celebremus ejus bonitatem, veri scilicet Filii Dei viventis. Ipsum enim decent honor, imperium, magnitudo et magnificentia, nunc et semper et in sæcula sæculorum, Amen.

αν, και ἀπ' ἡμῶν νῦν σταυρωθεὶς ἐπὶ τῇ εἰκόνι σου. Δόξα σοι, Υἱὲ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ὁ τοσαῦτα ποιήσας θαυμάσια. Σοὶ πιστεύομεν ὁ Θεὸς ἡμῶν γενεῶν, και δέξαι ἡμᾶς. Ταῦτα εἶδόν ἅπαντες· πενθούντες· και αἱ βοαὶ αὐτῶν ἀνεπέμνοντο, ἀρχιερίων χριστιανῶν, και πάντων θεραπευομένων και ζωοποιουμένων.

7. Μετὰ δὲ τὸ πάντας ἰαθῆναι, αὐτὸς πρὸς ἐπίσκοπον τῆς ἐκείτης Ἐκκλησίας, ἤδη μεμαθηκόντα τὰ γενόμενα, τὰ πλήθη τῶν Ἰουδαίων κατέβραμον, κράζοντες· Εἷς Θεὸς ὁ Πατήρ, εἷς Υἱὸς αὐτοῦ μονογενὴς, εἷς Χριστὸς ὃν οἱ πατέρες ἡμῶν ἐσταύρωσαν· αὐτὸν ἑσθῆν οἶσαν, τοῦτ' ἡμεῖς πιστεύομεν. Πολλοὶς οὖν εὐφημίαις δοξάζσαντες τὸν Θεόν, τὴν τε εἰκόνα τῆ ἀρχιεπισκόπου δείξαντες, και ἀπαγγελλάντες ἃ ἐποίησαν τὴν τοῦ Χριστοῦ εἰκόνα, τὸ τε αἷμα και τὸ ὕδωρ ἐμῆνυον, και τὸ πῶς ἐξέλθλυθεν ἀπὸ τῆς πλευρᾶς τῆς εἰκόνης, τῶν τε ἀπέριον θαυμάτων τὰ γεγονότα. Οὕτως ἅπαντα τὰ πλήθη τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἀξιοῦσθαι ἰκέτευσον. Οὓς λαβὼν ὁ ἐπίσκοπος ὄμα τῶ ἐκείτῃ κλήρω πάντας ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐβάπτισεν. Τὴν δὲ συναγωγὴν ἐκκλησίαν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀφιέρωσεν, ἐκείνων παρακαλεσάντων· τὰς δὲ λοιπὰς συναγωγὰς αὐτῶν μαρτύρια πεποίηκε. Καὶ ἐκ οὗτου χαρὰ μεγάλη γέγονεν ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ, οὐ μόνον σωμάτων ὑγιέντων, ἀλλὰ και τοσοῦτων ψυχῶν ἐκ νεκρῶν εἰς ζωὴν ἐπαυελθόντων.

8. Ταῦτα γνούς ἐγὼ, ἐποῦσάσα θελήσας ὑμῖν, προσφιλέστατοι ἀδελφοί, εἰς ὠφέλειαν τῶν ψυχῶν ὑμῶν· ἵνα, γνόντες και ἐπὶ τοῦτ' τοῦ ἡμετέρου Θεοῦ και Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν δύναμιν, πλέον τῇ εἰς αὐτὸν στρεφῶσθε πίστει, και ἀγαλλιασῶσθε ἐπὶ τοῖς μεγάλοις αὐτοῦ θαύμασι τοῖς νῦν γεγεννημένοις. Δότε οὖν αὐτῷ δόξαν μετ' εὐφροσύνης, και κατάνυξιν καρδίας, και ὀρθῶν χαίροντες, και εὐχαριστοῦντες ἐπὶ τῇ αὐτοῦ μεγαλειότητι, ὅτι τῆς αὐτοῦ πίστεως ἡμᾶς ἤξιώσε, και τῆς αὐτοῦ ἐπιγνώσεως. Ναί, τέκνα μου ἀγαπητά, γνῶμιν και ἐπὶ τοῦ παρόντος τοῦ ἀπεράντου ἡμῶν Θεοῦ και Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν δύναμιν. Καὶ δοξάζσωμεν τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα, τοῦ ἀληθινοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. Αὐτῷ γὰρ πρέπει τιμῆ, κράτος, μεγαλοσύνη και μεγαλοπρέπεια, νῦν και ἀεὶ και εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

**295** Relatio miraculorum Domini nostri Jesu Christi, quæ per imaginem ipsius facta sunt in Beryto, Syriæ civitate, quinto Idus Novembris.

Apud Cæsaream Cappadociæ urbem præmaximam, convenientes de singulis urbibus Asiæ sanctissimi præsules, pro stabilimento sanctæ Ecclesiæ internunt consilium. Siquidem apud eos de cruce lateris Domini nostri Jesu Christi non exiguus error exortus esse videbatur. Qua ex re, ut præfati sumus, in jam dicta urbe maximus congregatus est sanctorum episcoporum conventus, ut ex hoc errore in unum tractare deberent. Sed cum cuncti ex more in sanctam ecclesiam ad residendum se con-

tulissent, Petrus beatissimus Nicomediæ urbis antistes, in medio eorum consurgens, ita ad universos exorsus est loqui : Si placet, inquit, vestre sanctitati ; o sanctissimi Patres, libellum unum Athanasii Alexandrinæ urbis magni episcopi, me vobis referre delectat. Sancta synodus respondit : Placet plane, et ut legatur optamus. Ad hæc ille libellum in medio protulit, et materiam ipsius tituli taliter aggressus est legendo.

## SANCTI PATRIS NOSTRI ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

De passione imaginis Domini nostri Jesu Christi, qualiter crucifixa est in Beryto, Syriæ civitate, libellus (17).

Dilectissimi itaque omnes filii sanctæ Ecclesiæ, A mines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire, ut ostenderet cunctis se colentibus, suorum miraculorum virtutem ad increpationem impiorum, firmamentum quoque suorum fidelium. Factum est autem post hæc, ut Hebræus quidam eandem cellulam susciperet ad habitandum. Quam ingressus, cum suis omnibus cepit habitare in ea, minime contemplatus locum illum, qui Dominicam iconam apud se retinebat absconditam. Die vero quorundam idem Hebræus de suis contubernaliibus invitavit unum ad prandium. Epulantibus illis, elevavit Hebræus, qui invitatus fuerat, oculos, et vidit in interiori loco cellule ejus iconam Dominicam parieti connexam. Tunc vehementi furore exardescens. cepit fremere dentibus adversus eum, qui ipsum convocaverat, dicens : Tu Hebræus cum sis, quomodo apud te Jesu illius Nazareni iconam habes repositam? Convicia quoque et opprobria tanta adversus Dominum Salvatorem emisit, quanta nec aures fidelium sufferre possunt, nec nos scriptis tradere præsumimus, ob injuriam nostri Redemptoris. Judæus vero, qui illum malevolum convocaverat ad prandium, satisfacere illi cupiens, sacramentis terribilibus profitebatur, se aliquando minime, quam præmonstrabat, vidisse iconam. Ad hæc, qui invitatus fuerat, siluit. Finito autem convivio abscessit et abiit ad summos sacerdotes et principes et dixit eis : Notum vobis sit quoniam Hebræus ille talis Jesu Nazareni iconam apud se retinet clanculo. At illi hæc audientes, dixerunt ad eum : Nunquid possunt vera esse quæ asseris? non credimus, nisi demonstraveris. Ipse vero affirmabat, quia ego in domo ejus eam demonstrare curabo. Hæc illi audientes, maximam in iram deciderunt. Sed die illo, quia jam hora incumbabat vespertina, siluerunt. Mane vero facto, summi sacerdotes, principes et majores natu plebis Judæorum, assumens secum illum, qui eum accusaverat, ad domum ipsius velocius festinaverunt. Videntes autem vera esse quæ dicta fuerant, facto impetu cum eo, qui hæc testificaverat, irruerunt in eum, multisque contumeliis ac variis cruciatibus affectum extra synagogam senivivum projecerunt.

## CAPUT PRIMUM.

Est quædam civitas in Syria, inter terminos Tyri et Sidonis posita, Berytus vocata, Antiochiæ vero subdita. In hac urbe innumerabilis multitudo erat Hebræorum, quamvis eodem tempore civitas metropolitana obtineret dignitatem. Accidit autem, ut juxta synagogam Hebræorum, quæ magna valde habebatur, quidam Christicola a quodam suscepisset cellulam, et consumque ei ex ea redderet. In qua dum ingressus esset ad habitandum, iconam Domini nostri Jesu Christi, quam apud se habebat, sivit in pariete contra lectuli sui faciem, quæ etiam continuabat in se integram Domini staturam. Evoluta deique non parvo temporis spatio, jam prælibatus deicola perquirere studuit in alio locu ejusdem urbis spatiosam domum ad habitandum. Quam cum reperisset, tollens cuncta, quæ ad se pertinere videbantur, egressus est de cellula. Domini autem providentia id agente, Jesu Christi Domini nostri iconam ibi neglectam reliquit. Hoc autem Domini occulto peractum esse constitio, qui vult omnes ho-

## CAPUT II.

Deponentes autem Domini nostri Jesu Christi iconam in terra, dixerunt ad invicem : Quoniam anres nostras tetigit non exigua opinio quod Jesum Nazarenum patres nostri diversis modis **296** illuserunt, ita et nos huic faciamus. Tunc cœperunt spere in faciem imaginis Domini Salvatoris uo-

(17) In editione Lugdunensi additur : *Temporibus Constantini Senioris, et Irenæ uxoris ejus; sed incipit. Petrus Nicomediæ episcopus libellum hunc san-*

*cti Athanasii esse scribit, actione quarta synodi in Nicæna, ubi iisdem fere verbis integer habetur, tom. VII, p. 745.*

stri, et percutiebant eum alapis, et inde dicentes: **A** Quanta Jesu Galilæo nostri genitores fecerunt, eadem et nos huic ejus imagini faciamus. Innumerabilibus itaque illusionibus Dominicam illuserunt iconam. Iterum dicunt: In ejus passione scriptum esse agnoscimus, quod ejus pedes et manus in cruce confixæ sunt: nos vero, quamvis moderniores tempore, nil prætermittentes, addamus et hæc. Tunc crucifigentes iconam Dominicam, clavos acutissimos adhibuerunt in manibus, et pedibus illius imaginis. Post hæc permoti magis ac magis fellis amaritudine, dicunt inter se: Audivimus quod patres nostri Jesu Galilæo acetum et fel in potum eum spongia præbuerunt, hoc et huic faciamus. Quod et sic fecerunt, apponentes ad os sanctæ iconæ nostri Redemptoris acetum cum felle mistum. **B** Nec sic itaque cordis sui malitiam refrenantes, iterum dicunt: Didicimus quod nostri majores coronam contextam de spinis capiti illius crucifixi circumposuerunt, postmodum arundine percusserunt insultantes ei, et nos igitur nequaquam postponentes id ipsum faciamus. Cumque coronam spinicam capiti illius circumposuissent, accipientes arundinem, percutiebant caput imaginis illius, qui caput est omnium sanctorum. Ad extremum vero, cum insaniam suæ mentis tolerare non possent, dixerunt: Sicut veraciter didicimus, patres nostri Iesu lancea aperuerunt; nos vero, ne aliquid minus fecisse videamur, et hoc ipsum adjiciamus. Nullam ad hæc moram mediam fecerunt, et afferræ lanceam jusserunt, et præceperunt cuidam Hebræo tollere eam, et valido ictu Iesu dextrum iconæ illius transfodere. Cumque tam maximum facinus fuisset perpetratum, res mira velementer stupenda, nulloque unquam sæculo audita ibi repente est effecta. Nam ipsius vulneris locus aqua et sanguine illico cœpit decurrere. Et sicut in passione Dei Filii Salvatoris mundi, olim contigit cælum expavisse, ita nunc quoque pariter, Deo præstante, eadem innovantur sive reparantur. Vere enim in hoc factio non solum elementa mundi concuti potuere, sed etiam virtutes supernæ tale facinus exhorruere. Tibi ergo, Christe, cum Patre, Spirituque sancto sit gloria indeficiens. Quis enim est sicut tu, Domine, et quis est Deus faciens mirabilia, signa, et terribilia et obstupescenda in cælo et in terra? O admirabilis Mediator Dei et hominum, hominibus mundi Redemptor ac Salvator, totius bonitatis et pietatis fons et origo! O quantus es, Domine Jesu, in humilitate, qui cum esses Deus, morticinum nostræ carnis suscipiendo, homo fieri dignatus es, pro salute generis humani, quem impii et crudeliter paulo minus ab angelis minoratum cernentes, horribili morte plectere non erubuerunt! O quam magnus es, noster Salvator, in patientia, qui in tempore tuæ traditionis, tuo proditori ad te venienti osculum præbere non renuisti, et servo Malcho apostoli gladio abscissam auriculam redintegrasti, quando ad passionis victimam velut ovis mansueta ducebaris! O quantus es in misericordia, Christe! spes unica mundi, qui cum in cruce te ipsum hostiam Deo Patri exhibuisses sanctam et immaculatam, pro tuis crucifixoribus veniam postulasti, dicendo ad Patrem: « Pater, ignosce illis; quia nesciunt quid faciunt. » Tunc quidem pro nostra salute incurvatus, in eadem carne, quam ex Virgine sancta et immaculata assumpseras, mortem pertulisti crudelem. Et qui eras in substantia cum Patre sanctoque Spiritu unus et impassibilis existens et invisibilis, condoluisti humanam perire naturam. Et ideo in hanc lacrymarum vallem descendens, pro nostris erratibus et piaculis formam servilem suscepisti, in qua te permisisi ab iniquis teneri, flagellari, ad ultimum vero crucifigi. Nunc autem in sancta imagine tua crucifigeris, Domine, iterum ad confusionem impicrum omnium fidelium [infidelium], et ad corroborationem omnium in te crediturum. Et ideo tibi omnipotenti Deo, una cum Patre Spirituque sancto, gloria sit, per cuncta sæculorum sæcula, decus et fortitudo, virtus atque victoria. Amen.

## CAPUT III.

Audite, omnes Ecclesie filii, cætera, quæ postmodum facta sunt; ipsius enim mysterii fuit dispensatio. Postquam enim, ut superius dictum est, Iesu lancea Iuaginis illius lancea apertum est, continuo exivit sanguis et aqua. Dixerunt autem principes sacerdotum: Affertur vas ad locum vulneris, et videamus exitum rei. Qui illico detulerunt hydriam, et ad locum vulneris, unde sanguis et aqua decurrabant, statuerunt. Quæ absque ulla mora subito repleta est. Dixerunt autem ad invicem: Quoniam susurrant Christum colentes, quod signa et mirabilia multa inaudita fecerit in mundo, quæ nemo alius potuit agere: accipiamus hunc sanguinem, et aquam hanc, et deferamus ad nostram synagogam, et congregemus universos qui se male habent, et ex hoc perungamus eos: et si vera sunt ea, quæ de Christo dicuntur, continuo sanabuntur: sin alias, ostentui habeantur a nobis cuncta, quæ suis sequacibus astruuntur de eo. Hæc dicentes hydriam deferunt ad synagogam, æstimantes se Christo Jesu Domino nostro æterni Regis Filio maximam inferre posse injuriam. Congregaverunt igitur quoscunque repererunt languidos, et in conspectu cunctorum Hebræorum introducti sunt in synagogam, inter quos quidam provecetæ ætatis erat homo, quem a nativitate sua gravissime ossederat corporis molestia, quæ Græca locutione παράλυσις, Latina vero, dissolutio membrorum, dicitur. Die dum primum ab ei fuisset perunctus, repente de suo grabato, quasi cervus exsilens, ad laudem Filii Dei incolumis redidit, ad propria remeavit. Deinde adducentes cæcos nonnullos, loca eorum luminum perungere studuerunt. Qui ipsi statim in Jesu Christi nomine discussa cæcitate, post multos annos, lumen amissum recipere: πε-



ruerunt. Egrotantes autem plurimi ad hoc spectaculum sunt adducti, manibus post terga revinctis. Cumque et illi fuissent peruncti, mirabili dei virtute undique perfusi, sensu redintegrato pristino, ad propria cum revertuntur sanissimi, laudes Dei omnipotentis Filio Jesu Christo Domino Salvatori nostro persolvunt ab omni populo. Tumultus autem exortus est magnus, per totam eandem urbem concurrentibus omnibus, propter innumerabilia quæ fiebant miracula. Et quicumque variis languoribus infirmos possessos habebant apud se, illos eos deducentes perungebant, et statim sanitatem, quam desiderabant, consequantur. Omnes autem, ad quoscunque pervenire potuit opinio, affequentes infirmos, quos habere poterant in domibus, paralyticos, cæcos, claudos, surdos, mutos, et leprosos, sive aridos, deducebant eos ad synagogam Judeorum, ubi hæc fiebant signa divinitus. Sed quamvis maxima esset hæc eadem synagoga, nequaquam tamen recipere poterat supervenientium multitudinem. Infinitæ enim erant populorum cæteræ, quæ undique illos confluxebant propter innumerabilia miracula et prodigia, quæ pro sua nimia prolixitate, ne fastidium generarent, transgrediendo prætermittunt. Omnes autem principes sacerdotum, et seniores, et omnis turba Judeorum, parvulorum, ac majorum, et mulierum, videntes quæ facta fuerant, crediderunt in Dominum nostrum Jesum Christum, et dicebant : Gloria tibi sit, æterne Deus, et omnipotens Pater, qui nobis indignis, quamvis sero, revelasti unicum Filium tuum, Dominum nostrum Jesum Christum : quem, ut Isaac vaticinium cecinit, Virgo concepit, et Virgo peperit, ac post partum Virgo permansit. Gloria sit tibi, Christe, quem patres nostri verum Deum et verum hominem, in cruce morte horribili afficere non metuerunt. Qui nunc etiam a nobis iterum passus es te imagine tua cruci affigere. Gloria sit tibi, Christe Fili Dei, qui tanta mirabilia nobis miseris demonstrasti. Tibi credimus, tu nobis esto propitius et nos suscipere dignare, quia ex toto corde, et tota anima atque virtute ad te confugimus. Hæc et his similia clamantes dicebant, lacrymas autem amaras emittebant et singultus.

#### CAPUT IV.

Postquam autem curati sunt cuncti qui ægritudine detinebantur, occurrit omnis multitudo Judeorum ad domum sanctæ ecclesie, quæ in eadem urbe erat, ubi metropolitanus. Cujus provoluti vestigiis, se peccasse, se graviter deliquisse, magnis vocibus fatebantur. Qui cum ab eis perquireret omnium rei gestæ veritatem, sanctam iconam Domini Salvatoris eidem demonstrantes, annuntiaverunt cuncta quæ in ea exercuerant. Et qualiter ab ictu lanceæ sanguis et aqua emanavit ex latere ipsius, necnon et de mirabilibus ab ea ostensis illi retulerunt per ordinem. Ille vero interrogabat, qualiter icona ipsa ab eis fuisset reperta, et si ab ali-

quo eam exceperissent. At illi retulerunt ei, quod quidem Christicola per oblivionem in cellula synagogæ proxima dimisisset eandem iconam, dum se ad alium locum transferret hospitandi gratia. Qui statim jubetur inquiri, et repertus in præsentia domini metropolitani statuitur. Cumque ab eo studiosissime fuisset interrogatus, quomodo icona apud se devenisset, vel a quo tam mirabiliter posita esset, respondit dicens : quod Nicodemus, qui ad Jesum nocte venerat, propriis manibus eam composuisset, et moriens Gamalieli tradidisset. Gamaliel autem doctoris gentium Pauli διδάσκαλος, cum diem sibi cerneret adesse extremum, Jacobo eam reliquit, et Jacobus Simeoni, et Simeon Zacchæo; et sic per successores temporum in Jerosolyma perduravit, usquequo subversio illius urbis patrata est quadragesimo et tertio anno post ascensionem Domini Salvatoris ad cælos. Sed biennium antequam Titus et Vespasianus eandem subvertèrent urbem, admoniti sunt a Spiritu sancto fideles atque discipuli Christi, ut relicta urbe, ad regnum se transferrent Agrippæ regis, qui ipse tunc Agrippa Romanis federatus erat. Qui egressi ab urbe, omnia quæ ad cultum nostræ religionis vel fidei pertinere videbantur secum auferentes, in has regiones transtulerunt se. Quo tempore etiam icona, cum cæteris rebus ecclesiasticis deportata, usque hodie in Syria permansit, quam ego ipse a parentibus ex hac luce migrantibus mihi traditam, jure hæreditario usque nunc possedi. Hæc certa et manifesta ratio est de icona sancta Domini Salvatoris, qualiter de Syria in Judææ partes devenit. Auditis his sermonibus reverendissimus metropolitanus, valde hilaris redditus, conversus ad populum Israeliticum dicebat : Convertere, Israel, ad Dominum, Patrem universorum viventium, et adora nobiscum ejus Filium, per quem sunt omnia creata, et Spiritum sanctum, qui est vivificator cunctorum viventium, et illuminator nostrarum animarum. Festina debitum absolvere votum. Omnis autem turba stirpis Judaicæ clara voce cepit cantare et dicere : Unus Deus Pater, et ipse ingenuitus. Unus Filius, et ipse unigenitus Christus, quem patres nostri crucifixurunt, et nos ipsum agnovimus verum Dominum. Unus Spiritus sanctus et ab utroque procedens, per quem veraciter nos credimus esse salvandos. Hæc dicentes, prostrati genibus ipsius, veniam postulabant de suis consecuti sceleribus per baptismi remedium. Quos suscipiens beatus antistes cum suis clericis, per dies plurimos de disciplina eruditivè Christiana. Ad ultimum vero catechumenos factos, et triduo peracto jejunio, ex aqua et Spiritu sancto regeneravit eos.

#### CAPUT V.

Postquam verò baptismum consecuti sunt, rogabant enixius sanctum virum, ut synagogam suam ecclesiam consecraret in honorem sancti

Salvatoris mundi. Quorum petitionem minime a spernatus, synagogam illorum, quæ major esse videbatur, in nomine unigeniti Dei Filii Redemptoris mundi consecravit. Ex tunc itaque per diversas oris terræ nationes et provincias mos inolevit, ut basilicas plurimas vel oratoria, pontifices Christianæ legis, in honore sancti Salvatoris mundi condere et dedicare non desinant. Nam antea antiquiores nostri, vel majores, hoc peragere minime præsumperant. Sed ad narrationis nostræ ordinem reflectamus articulum. Rogaverunt autem metropolitani præfatum virum, ut cæteras synagogas eorum in honore quorundam beatorum martyrum consecrando reconciliaret. Itaque et huic petitioni libenter animum accommodavit, et quæ illi suggererunt Dei juvamine fretus, cuncta explevit devotus. Factum est gaudium magnum in civitate illa, non solum de sanitate corporum, quæ emanaverat maxima, sed et de tantis animalibus, quæ ah interitu Satanæ ad vitam æternam fuerant revocate.

#### CAPUT VI.

Venerabilis vero et summus antistes, die noctuque variis fluctuabat cogitationibus de hydra, quæ Dominicum intra se retinebat cruorem, valde hæsitans, quid de ea opportunum fuisset peragere. Tandem autem salubri reperto consilio, omnium Ecclesiarum, quæ per orbem terre longe lateque consistebant, inæstimabile atque profuturum providit consolationis remedium. Denique ampullas præcepit fieri vitreas, in quibus portiones misit singulas de sanguine et aqua, quæ de imagie Domini Salvatoris nostri decurrerant, quas etiam per Asiam, Africam, Europam, per suos nuntios dirigens, cuncta, quæ apud urbem jam dictam suo tempore contigerant, devenisse

#### SERMO SANCTI ATHANASII EPISCOPI, DE NOVIS ET MODERNIS MIRABILIBUS IMAGINIS DOMINI (18).

Elevate oculos sensus vestri, universi sanctæ Christianæ religionis fratres et patres, et considerate hanc novam admirationem quæ facta est, quam his temporibus ostendit Deus nobis, et date gloriam nomini ejus. Considerate ineffabilem humanitatem ac magnitudinem divinæ ordinationis, et lamentationem cum lætitia sumite. In Deo quidem nihil extraneum est, quia Deus noster potens est. Quoniam autem in diebus nostris circa nos notam fecit Deus virtutem suam, obstupescit omne cor audientium pro enormitate sceleris, et magnitudine mirabilium Dei. Conturbata est iterum abyssus, sol et luna obtenebrati sunt a facie iniquitatis; sed et omnes virtutes cælorum et ornatus eorum laudem et gloriam dederunt Deo, qui magnificentiam et virtutem operatus est in Filio suo. Audite igitur, fratres, verbum quod factum est in diebus nostris,

A suis scriptis vel eloquiis manifestissime universis sanctæ Ecclesiæ filiis viriliter declaravit. Hoc insuper ab eis efflagitans, ut per annos singulos in mense Novembri, qui apud Hebræos est nonus, apud nos vero mensis undecimus, nono die ipsius mensis, id est quinto Idus Novembris, non minori reverentia, quam natalis Domini vel Paschalis, ista dies præcipua observatione colatur.

#### CAPUT VII.

Hæc est vera et vehementer credula ratio de cruore lateris Domini nostri Salvatoris, qui profuit de sancta imagine ipsius, quæ crucifixa est in Syria, in Beryto civitate. Hic est etiam sanguis ille **298** Dominicus, qui apud plerosque repertus esse dicitur. Nec esse aliter æstimandum est a vere Catholicis, præter id, quod scribitur a nobis, quasi ex carne et sanguine Christi aliquid possit in mundo inveniri, nisi illud quod in ara altaris per manus sacerdotum quotidie spiritualiter efficiunt. Hæc ergo sciens, amantissimi patres et fratres, acceleravi declarare vobis, ad ædificationem animarum vestrarum, ad incrementum vestræ fidei, ut et in hoc scire valeatis, quanta sit virtus et pietas Domini Salvatoris nostri Jesu Christi. Idcirco in fide fortes estote, et congaudete super magna et obstupescenda ejus miracula, quæ in nostra generatione a Deo sunt patrata. Et date illi gloriam cum lætitia gaudentes, et cum nimia cordis computatione ejus majestati immensas gratias agite, eo quod fidei suæ et scientiæ dignos vos fecit esse. Ipsi Christo Jesu Salvatori nostro, cum Patre, sanctoque Spiritu gloria sit honorque, laus etiam perennis: qui sempiternum atque indivisum absque initio et fine obtinet imperium. Amen.

et obstupescite; intelligentes intelligite, et inclinate corda vestra ad magnalia Dei. Est civitas quæ vocatur Byritho, ac jacens inter terminos Tyri et Sidonis, præbens tributum Antiochiæ. In hac autem civitate multitudo erat Judæorum, et synagoga eorum magna valde. Accipit autem quidam Christianus dato pretio cellulam a quodam in pensionem, in qua habitans fixit imaginem Salvatoris nostri Jesu Christi in conspectu lecti sui: et statura quidem picture non magna, sed mediocris, quæ tamen totam imaginem Salvatoris contineret. Aliquantum temporis fluxit, et substantia viri illius valde crevit, utpote ubi miseratio et dispositio Dei mirabiliter operari cœpit; et ampliorem sibi Christianus ille ad divertendum querere cœpit domum. Tollens autem omnem suppellectilem suam, transtulit a supradicta cella, quæ et ipsa valde contigua erat syn-

(18) Ex codice ms. S. Germani a Pratis, n. 108.

agogæ Judæorum, ad alium quem sibi inhabitandum elegerat locum, solius imaginis Domini immemor factus, quod et per providentiam Dei ita contigit accidisse. Rursus vero Judæus quidam accepit in pensionem eandem cellam, ubi imago Domini relicta mansit, et introducens omnia sua, ibidem conversari cepit non cognoscens aut aliquando perspicere imaginem Domini, eo quod ex adverso velut in occulto reposita staret. In una autem dierum invitavit ipse quemdam alium Judæum ad prandium secum ; et inter prandendum elevans oculos suos ille qui vocatus venit Judæus, vidit imaginem Domini nostri Jesu Christi. Et ait : Dum tu es Judæus, quomodo hanc imaginem habes ? Et injurias quidem multas et nefandas dixit contra Salvatorem ab hora qua sanctam imaginem aspexit, quod et jam nefas duxi scribere, et satis ei fecit ille qui eum invitavit, quod ex eo tempore quo in eadem domo conversari cepit, imaginem Domini ibidem non cognoverit. Surgens autem cum indignatione, abiit ad principes sacerdotum. Cumperientes autem quæ facta sunt, dixerunt ei : Potes hoc nobis demonstrare ? At ille certioratus est diens, quoniam ego vobis hoc exhibebo in domo ejus. Itaque transacta hora vespertina, illo die siluerunt. Mane autem facto summi principes sacerdotum et seniores populi, turba quoque multa gentis eorum abierunt in domum ubi stabat imago Domini nostri Jesu Christi. Et pervenientes domum impetu facto irruerunt principes et seniores populi, prævio duce Judæo illo qui illis annuntiaverat, et invenerunt imaginem Domini nostri stantem sicut dictum est ad illos. Irati valde circa Hebræum illum qui ibidem inhospitabat, extra synagogam eum expulerunt. Deponentes vero sanctam imaginem, dixerunt : Quoniam sicut audivimus quod patres nostri huic olim illuserunt, et nos illudamus. Tunc ceperunt exspere in faciem ejus, et percutiebant eam. Dixeruntque : Quanta fecerunt ei patres nostri, et nos omnia faciamus : et conviciabantur ei multis criminosis sermonibus, quæ etiam pro enormitate sceleris scribere nefas fuit. Item dixerunt, quia confixerunt manus ejus et pedes, hoc et nos faciamus. Configentes autem manus et pedes, adjece-  
runt dicentes : Audivimus quia acetum et felle dederunt ei porrecta spongia ; hoc idem et nos impleamus. Et adnota arundine cum spongia plena aceto cum felle, apposerunt ori ejus, addideruntque iniquitatem super iniquitatem dicentes : Didicimus quod arundine percusserunt caput ejus patres nostri, similiter et nos faciamus : et percusserunt arundine caput ejus. Finitis vero omnibus his, dixerunt : Sicut lancea latus aperuerunt, ita et nos confodiamus. Et perforato lancea latere ejus, exiit sanguis et aqua. Gloria tibi, Christe, gloria tibi, Fili Dei vivi, qui de supernis sedibus descendisti pro salute nostra tuam exhibere presentiam, et pro liberatione nostra cum immortalis esses, morti te tradidisti. O inestimabilis benignitas Salvatoris

A nostri Dei, ut fidelibus tuis rememorareris antiqua tuæ pietatis opera ! Hæc mirabilia tua cælo et terris stupenda. Oculos mentis vestræ, et exultate corda, quia hodie facta est nobis redemptio, et jugum captivitatis vestræ contritum. Audite ergo, et glorificate Deum pro beneficiis quæ adhuc vobis ministravit. Principes sacerdotum postquam lancea latus Domini confoderunt, dixerunt : Quia per universam terram divulgata sunt signa et virtutes plurimæ, quæ fecit Jesus Nazareus, recipiamus sanguinem de latere ejus, et omnes infirmos et male habentes per universam synagogam inde spargamus, ut experiamur virtutem Christi, et si vera sunt quæ de illo dicta sunt. Et supponentes ampullam vitream ad locum vulneris, receperunt in eam aquam et sanguinem de latere Domini decurrentem. Adhuc ipsis non credentibus, sed injuriis et blasphemias inferentibus, portabant ampullam plenam salute et virtute ad locum in quo multitudo languentium coadunata fuit. Primum quidem omnium paralyticum quemdam a nativitate aduent, liquore sancto perungunt et incolunitati reddunt ; cæci quamplurimi a tactu sanctæ prunctionis gaudium receperunt luminis. Dæmoniacy ad odorem divinæ virtutis quotquot offerebantur, curabantur.

Ubi autem celebre hoc factum est verbum per universam civitatem, alii atque alii se cum ægrotis suis inferentes, de agris, vicis et domibus cum multitudine infinita profuebant et salvi fiebant. Repleta est autem synagoga eorum paralyticis, claudis, demoniacis, leprosis, aridis, cæcis, mutis, surdis et omni genere morborum ægrotantibus, et a quocunque genere detinebantur, sanabantur. Videntes autem principes sacerdotum et omnis congregatio eorum, signa et prodigia magna quæ fiebant, cum mulieribus et infantibus credentes, clamabant Deo Patri et Jesu Christo Filio suo, atque Spiritui sancto : Unus Deus Pater, unus Christus Dei Filius, unus ex utroque procedens Spiritus sanctus, qui in Trinitate perfecta vivit et regnat Deus in sæcula. Amen. Gloria tibi, Christe, quem patres nostri ignorantes quidem crucifixerunt, qui nunc et a nobis in sancta imagine tua crucifixus es. Gloria tibi, Fili Dei vivi, qui per signa potentia tuæ illuminasti cæcitate cordium nostrorum et ad tuam misericordiam traxisti. Tibi credimus, propitijs esto nobis, et suscipe lacrymas et penitentiam nostram : ne forte pro magnitudine scelerum, infernus aperiens os suum deglutiat nos, qui cum patribus nostris mirabilia magna fecisti, et beneficia innumerabilia præstitisti. Parce iniquitatibus nostris, et medere animalibus nostris ; et clamor magnus fiebat clamantium et Deum invocantium. Sanatis vero omnibus qui adventi venerant infirmis, principes sacerdotum et omnis multitudo eorum ad episcopum civitatis occurrit, una voce clamantes : Unus Deus Pater, unus Jesus Christus Filius ejus Deus, quem patres nostri crucifixerunt,

unos et Spiritus sanctus Deus. Et confitentes peccata sua, ipsam sanctam imaginem ostenderunt episcopo, narrantes etiam qualiter sanguis et aqua de latere ipsius ecurrat, et quanta mirabilia facta sunt. Episcopus autem universaliter indicto jejunio, omnes regeneravit sacro baptismate, quos ipse omnes suscepit. Synagogam quidem eorum principalem ecclesiam consecravit in honorem Salvatoris nostri Jesu Christi : ceteras vero synagogas eorum dedicavit ecclesiam in honorem apostolorum et martyrum : factumque gaudium magnum, non solum quod tanta corpora curata sunt, sed quod et ani-

ma multorum de morte ad vitam translatae sunt. Hæc sciens vobis, dilectissimi fratres, acceleravi manifestare vobis ; ut in hoc etiam cognoscentes virtutem et misericordiam Domini nostri Jesu Christi, amplius confirmati sitis in fide, et gratiarum actiones illi reddatis pro mirabilibus et beneficiis quæ Dominus ostendit. Decrevit sancta Romana et Antiochensis Ecclesia diem v Iduum Novembrium solemnem agi, in quo hæc facta sunt ad laudem Domini nostri Jesu Christi, qui vivit et regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

#### IN SEQUENS OPUSCULUM MONITUM.

*Perperam titulus Athanasii nomen profert, cum sit hoc opusculum alius cujusdam scriptoris qui, ut cugurari licet, Photii avo hæc scripserit, quando oborta quæstio est de additione Filioque in Symbolo facta. Pro virili ergo pugnat hic homo, Spiritum sanctum, nec ex Filio, nec per Filium procedere. Multum tamen negotii faciunt aperta Athanasii hic allata testimonia, unde fortasse fuerit quod Athanasii nomen inscriptio ferat ; Gregorii item Nysseni et Cyrilli loca, quibus liquido affirmatur ex Patre Filioque Spiritum sanctum procedere. Iis ut occurrat scriptor iste, vanissima ulitur distinctio : ait enim, ut duplex est generatio Filii, æterna alia, aliæque temporanea, ita duplicem esse Spiritus sancti processionem ; æternam aliam ex solo Patre, temporaneam secundam, qua ex Patre, Filio, atque seipso mittitur et datur. Quod gratis sane excogitatum commentum exsufflat ex Athanasii locis compluribus in Prefatione, ubi de Spiritus sancti processione agitur, allatis, maximeque ex eo loco : Filius in Patre fons est Spiritus sancti. Quis enim negaverit fontem, primam significare originem ? Ibi videsis.*

#### ATHANASII PATRIARCHÆ ALEXANDRINI, B ΘΑΝΑΣΙΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ, EX SERMONE CONTRA LATINOS (19). EK ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΛΑΤΙΝΩΝ ΛΟΓΟΥ.

1. At non ita (sentiant) qui Christi sunt ; sed sicut ille, qui ait : « Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre Spiritum veritatis, qui a Patre procedit <sup>19</sup>, » his declarat Patrem solum esse Spiritus sancti productorem : eadem quoque isti ratione, magistro obtemperantes, ex solo eum Patre aiunt procedere. Quod si quis dixerit, nusquam dici Spiritum ex solo esse Patre ; is audiat, eum qui de illo scribit, haud aliter quam ex divinis Patrum nostrorum doctrina, illud ferre testimonium. Ut enim illi Spiritum sanctum dicunt ex Patre procedere, sumpto ex Domini ipsius ore argumento ; ita subsequentes scriptores consequenter declararunt. Nec quisquam est illorum qui ex Filio vel per Filium dicat ipsum procedere ; nisi fortasse quispiam id dicat de alia profusione, seu manifestatione ac missione donorum Spiritus sancti. Ea quippe ratione quæquam ex Patre manifestatur Spiritus sanctus ad dispensationem, ita quoque ex Filio, ut docet regula veritatis. Et quandoquidem id ipsum omnes uno consensu dicunt, nemoque unus est qui hac in re dissonet, propalam est ex solo Patre Spiritum suam habere subsistentiam ; siquidem hujusmodi emanatio subsistentia est. Quemadmodum enim hoc omnium dictum, Filius est Patris fetus, ita intelligitur, ut ex solo Patre sit Filius,

1. 'Αλλ' οὐχ οὕτως ἐκ τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' ὡσπερ ἐκεῖνος τὸ « Ὅταν ἔλθῃ, λέγων, ὁ Παράκλητος ὁ ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται » μόνον ἐνεῦθεν προβλεῖται τὸν Πατέρα τοῦ Πνεύματος ἀποδεικνύσιν· οὕτω καὶ οὗτοι τῷ διδασκάλῳ πειθόμενοι ἐκ τοῦ Πατρὸς μόνου τοῦτο φασὶν ἐκπορεύεσθαι. Εἰ δέ τις ἔρῃ, ὅτι οὐδαμῶς τὸ Πνεῦμα ἐκ μόνου λέγεται τοῦ Πατρὸς· ἀκούετω ὁ τοιοῦτος, ὅτι περὶ τούτου γράφων οὐκ ἄλλως ἐπιμαρτύρεται ἢ κατὰ τὴν τῶν θεοστῶτων Πατέρων ἡμῶν διδασκαλίαν. Ὅσπερ γὰρ ἐκεῖνοι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς φασὶν ἐκπορεύεσθαι, τὴν αἰτίαν ἀπ' αὐτοῦ τοῦ κυριακοῦ λαμβάνοντες στόματος· οὕτω καὶ οἱ καθεξῆς λογιγράφοι καὶ συγγραφεῖς ἀκολουθῶν διαγορεύουσιν. Οὐ μόνον γὰρ τὴν αὐτῶν καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ καὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦτο φησὶν ἐκπορεύεσθαι· εἰ μὴ πως ἔρῃ τις τὴν ἄλλην πρόφασιν, εἴσονται φανερώσιν καὶ ἀποστολῶν τῶν χαρισμάτων τοῦ Πνεύματος. Περὶ ταύτην γὰρ, καίπερ ἐκ τοῦ Πατρὸς φανερούται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον πρὸς ἐπιπέμψην, οὕτω καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, καθὼς ὁ τῆς ἀληθείας διδάσκει κανὼν. Καταβῆθε περ ἀπαντας τὸ αὐτὸ λέγοντες συμφώνως καὶ ἐν κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου παράδοσιν, καὶ οὐδαμῶς φανέναι τις διαφωνῶν· εὐδὲρον, ὅτι ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα ἔχει τὴν ὑπαρξίν· εἴπερ ἡ τοιαύτη ἐκπό-

<sup>19</sup> Joan. xv, 26.

(19) Ex codice Regio 2271 nunc 451, p. 155, ad marginem operis sancti Iustini ad Zenam.

ρυσικς καθέστηκεν ὑπαρξίς. Ὡςπερ γάρ πάντων A  
 λεγόντων, γέννημα Πατρὸς ὁ Υἱὸς, συνεπινοεῖται καὶ  
 τὸ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς κατὰ τὴν προαιώνιον  
 γέννησιν· οὕτω καὶ πάντων λεγόντων τὸ Πνεῦμα  
 πρῶτον Πατρὸς, συνεπινοεῖται καὶ τὸ ἐκ μόνου  
 τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα, κατὰ τὴν προαιώνιον πρῶ-  
 θισιν· εἰ μόνος ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, καὶ  
 μόνος ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.  
 Κατὰ δὲ τὴν ὑστέραν πρόχυσιν, εἰσὺν ἐπιπέμψισιν  
 καὶ χρηρηγίαν τὴν πρὸς τοὺς ἀξίους, ὡςπερ ἐκ τοῦ  
 Πατρὸς τὸ Πνεῦμα; οὕτω καὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ καὶ ἐκ  
 τοῦ Υἱοῦ. Καθάπερ δὲ καὶ τὴν ὑστέραν γέννησιν τοῦ  
 Υἱοῦ, εἰσὺν ἐπιπέμψισιν τὴν πρὸς ἡμᾶς, οὐκ ἐκ τοῦ  
 Πατρὸς μόνον δοξάζομεν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ Πνεύματος.  
 Καὶ πεθεῖται σε ἡ τοῦ ἀρχαγγέλου φωνὴ πρὸς Ἰωσήφ  
 λέγουσα τὸν ἄνδρα Μαρίας τὸ, «Μὴ φοβηθῆς παρα-  
 λαβεῖν Μαρίαν τὴν γυναῖκα σου· τὸ γάρ ἐν αὐτῇ  
 γεννηθὲν ἐκ Πνεύματος ἔστιν ἅγιον.» Εἰ δὲ βούλει  
 μαθεῖν, ὅτι καὶ τινες ἐκ τῶν ἡμετέρων μεγάλων  
 ἁγίων ἀπερῆσαντο τὸ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα  
 τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι, ἤδη τὸν μέγαν τῆς ἡμετέρας  
 Ἐκκλησίας ἥλιον Κύριλλον, ἡ μᾶλλον εἰπείαι, τοῦ  
 κόσμου παντὸς, πρὸς τοῦτο λάμβανε μάρτυρα· ἐν  
 γὰρ τῷ *Περὶ Τριάδος* λόγῳ αὐτοῦ ὡδε πως σαφῶς  
 παρσιεῖ. Ἡ παναγία, ἡ ἁγία, καὶ σεπτή Τριάς, πρὸ  
 πάντων αἰώνων καὶ εἰς ἀεὶ ὑπάρχουσα, ἄχραντὸς  
 ἔστι καὶ ἀίδιος, ἀσίματος, ἀκατάληπτος, ἀπερ-  
 ληπτος, περιληπτικὴ δὲ τῶν πάντων, καὶ συγκατα-  
 ὕστατος τὸ πᾶν, ἀγαθὴ, προνοητικὴ, δημιουργὸς τῶν  
 ὑπάντων, ὁρατῶν τε καὶ ἀόρατων, ἀπαθής, ἀναλ-  
 ούτως, ἀτρέπτος, νῦν ἀνθρώπων καὶ ἀγγέλων καὶ  
 τῆ κοίτη φύσει ἀκατάληπτος· ὁμοούσιος ἐν ἑαυτῇ,  
 ἀκονήτων δὲ κατ' οὐσίαν πάσι τῇ κτίσει· γινω-  
 σκομένη μόνον ὑπ' ἑαυτῆς, ὑπ' οὐδεμιᾶς φύσεως τῆς  
 ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ καὶ τῆς ὑπερ κόσμον τούτων·  
 μονὰς ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν, εἰσὺν προσώποις,  
 καὶ Τριάς ἐν μονάδι θεότητος, ἡτοι μιάς οὐσίας  
 γινωσκομένη. Ταύτης τῆς ἁγίας καὶ σεπτῆς μονάδος,  
 αἱ προσκυνεῖται τρεῖς ὑποστάσεις γινώσκονται καὶ  
 πιστεύονται· ἐν Πατρὶ ἀνάρχῳ, ἀναίτη, ἀγενήτῳ,  
 ἀίδιῳ· καὶ ἐν Υἱῷ μονογενεῖ γεννηθέντι ἀβρόχως,  
 καὶ ἀπαθῶς καὶ ἀφράστως, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων,  
 ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῆς τοῦ Πατρὸς, καὶ διὰ τοῦτο  
 ὁμοούσιος καὶ ἴσῳ τῷ Πατρὶ, χωρὶς τῆς πατρότητος,  
 ἀρχὴν δὲ καὶ αἰτίαν τῶν Πατέρα ἔχοντι γεννητῶς·  
 καὶ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ ζωοποιῶ προσκυνουμένῳ,  
 ἐκπορευομένῳ ἐκ τοῦ Πατρὸς, τοῦτέστι ἐκ τῆς  
 οὐσίας τοῦ Πατρὸς. Οὐ γιννητῶς καθάπερ ὁ Υἱὸς,  
 ἵνα μὴ εἶο Υἱὸς ἐν τῇ Τριάδι· ἀλλ' ἐκπορευομένῳ καθά-  
 περ εἴρηται, ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, καὶ ἀπὸ στόμα-  
 τος· πεφηνότι δὲ δὲ Υἱοῦ, καὶ λαλήσαντι ἐν τοῖς  
 ἁγίοις προφήταις καὶ ἀποστόλοις. Πλὴν, ὡς εἶπον,  
 τῆς οὐσίας αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ὑπάρχοντι,  
 καὶ τὸ ὁμοούσιον ἔχοντι πρὸς Πατέρα καὶ  
 Υἱόν. Ἀκονήτων δὲ καὶ αὐτὸ ἔστιν, ὡςπερ καὶ ὁ Πατὴρ  
 καὶ ὁ Υἱὸς πρὸς πᾶσαν τὴν κτίσιν κατὰ τὴν  
 τῆ οὐσίας λόγον.

2. Ὅρις πῶς ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ  
 ἅγιον κατὰ τὸν ἅγιον Κύριλλον, ἡ μᾶλλον κατὰ πᾶ-  
 σαν τὴν θείαν Γραφήν. Καὶ μὴ μοι τὸ ἀπὸ τοῦδε

<sup>11</sup> Matth. 1, 20.

A secundum 300 eam quæ ante sæcula est ge-  
 nerationem; ita cum dicant omnes, Spiritum  
 esse a Patre productum, intelligitur ex solo  
 Patre Spiritum esse, secundum eam quæ ante  
 sæcula est productionem: si solus ex solo Patre  
 est Filius, solus ex solo Patre est Spiritus sanctus.  
 Quod spectat autem secundam profusionem,  
 sive dispensationem, qua datur iis qui digni sunt;  
 sicut ex Patre est Spiritus, ita et per Filium et ex  
 Filio. Quemadmodum et postremam Filii genera-  
 tionem, ejus scilicet ad nos adventum, non ex solo  
 esse Patre, sed etiam ex Spiritu sancto existima-  
 mus. Ejusque tibi rei fidem faciat angelica vox ad  
 Josephum virum Mariæ facta: « Noli timere acci-  
 pere Mariam conjugem tuam: quod enim in ea na-  
 tum est. ex Spiritu sancto est <sup>11</sup>. » Quod si ediscere  
 cupias aliquos ex magnis apud nos sanctis, affirmasse  
 ex solo Patre Spiritum sanctum procedere, jam tibi  
 magnam Ecclesiæ nostræ, imo totius orbis sollem,  
 Cyrillum hujusce rei accipe testem: in suo namque  
*De Trinitate* libro aperte ita loquitur. Sauctissima,  
 incorporea, et veneranda Trinitas, quæ ante omnia sæ-  
 cula est et semper futura, incorrupta est, æterna,  
 incorporea, incomprehensibilis, incircumscrip-  
 ta, sed quæ completitur omnia, universumque continet:  
 bona, provida, creatrix omnium, visibilium et  
 invisibilium, impatibilis, immutabilis, invariabilis,  
 menti hominum et angelorum, createque naturæ  
 incomprehensibilis, in seipsa consubstantialis, in-  
 communicabilis secundum substantiam omni crea-  
 tura: quæ a seipsa solum cognoscitur, et a nulla  
 natura quæ in hoc mundo vel supra hunc mundum  
 fuerit: unitas in tribus hypostasibus, seu persona,  
 et trinitas in unitate deitatis, sive unius substan-  
 tiæ cognita. Hujus sanctæ et venerandæ unitatis,  
 adorandæ tres hypostases cognoscuntur atque cre-  
 duntur: in Patre qui est sine principio, sine causa,  
 ingenuus, sempiternus: in Filio unigenito; inenar-  
 rabili, impassibili, ineffabili nato ante om-  
 nia sæcula, ex ipsa Patris substantia, atque ideo  
 consubstantiali et æquali Patri, excepta paternitate,  
 qui pro causa Patrem habet, generandi scilicet  
 modo: et in Spiritu sancto et vivificante adorato,  
 procedente ex Patre, id est ex substantia Patris,  
 non generatione, quemadmodum Filius, ne duo sint  
 Filii in Trinitate; sed procedente, ut dictum est,  
 ex solo Patre, atque ex ore. Apparuit autem per  
 Filium, locusque est in sanctis prophetis et apo-  
 stolis. Cæterum, ut dixi, qui est ex substantia  
 ipsius Patris et Filii, consubstantialisque est Patri  
 et Filio. Incommunicabilis autem est, sicut Patri et  
 Filio, omni creaturæ, juxta substantiæ rationem.

2. Viden' quod ex solo Patre sit Spiritus san-  
 ctus juxta sanctum Cyrillum; imo juxta totam  
Etenim qui remissionem peccatorum nondum accipit, neque a delictis absolutus fuit per sanguinem Domini nostri Jesu Christi; sed diabolo obsequitur, atque peccatis ipse suis captus detinetur; nullatenus potest servire Domino, qui nunquam controvertendam protulit sententiam cum dixit: « Quisquis peccatum facit, servus est peccati. Servus autem non manet in domo in sæculum ». Testatur item qui in Christo loquitur Paulus: « Qui servus est peccati, liber est a justitia ». Ac rursus Dominus: « Nemo potest duobus dominis servire »; et cætera, quibus docuit palamque ostendit, ne illos quidem qui rerum ad vitam necessariarum sollicitudine tenentur, posse ipsi servire, neque id ediscere, cujus Apostolus consideratione sua, ampliore notitia est assecutus: ait enim: « Quæ participatio justitiæ cum iniquitate, et quæ communicatio luci cum tenebris, quis consensus Christi cum Belial? Quæ portio fidelis cum infideli? quæ concordia templi cum idolo »? Rursumque ita pronuntiat: « Caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem; hæc enim sibi adversatur, ut non quæ volueritis faciatis ». Primum oportet liberari a dominatore diabolo, qui in peccatum inducit eum qui subditus ipsi est. Diximus velle nos, abdicatis omnibus præsentibus atque nobis ipsis, ac relicta vitæ affectione, disciplinam subire Christi, sicut ipse locutus est: « Si quis post me veniat, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me », id est, eum qui discipulus meus est. Non modo bona et vitæ necessaria despiciere præcipimur; sed

<sup>26</sup> Marc. x, 21. <sup>27</sup> Luc. xviii, 21. <sup>28</sup> Joan. viii, 34, 35. <sup>29</sup> Rom. vi, 20. <sup>30</sup> Matth. vi, 24. <sup>31</sup> II Cor. vi, 14-16. <sup>32</sup> Gal. v, 17. <sup>33</sup> Matthe. xv, 24.

(26) Locus vitiosus.

etiam motua officia quæ secundum naturam et legem sunt, superare et omittere jubemur, dicente Domino : « Qui diligit patrem et matrem plus quam Iue, non est me dignus <sup>36</sup>. » Similiter quod consequitur, proxime situm est, imo longissime ab iis qui sunt extranei a fide. Quomobrem vehementer hortatur, ut cum perseveranter ascensos labores sustinamus, in nullo meventes inimici adversum nos paratas insidias. Præterit figura hujus mundi. Ad hæc, fallacia et tribulatio hujus vite temporanea est, brevisque temporis : vita vero quæ in Christi servitute agitur est æterna, perpetua et immortalis : quam exspectamus nos qui Christi servimus : cujusque causa mundum abdicavimus omnesque concupiscentias ejus. Neque debemus eorum meminisse, quæ ejus præcepti servandi causa dereliquimus ; ne temporalia rursus expetentes, vitam æternam amittamus. Mentiri quippe nequit, qui dixit : « Quisquis dimiserit domum » et reliqua, « centuplum recipiet, et vitam æternam possidebit <sup>37</sup>. » Neque enim, ut quidam interpretantur, hæc locutus est Dominus de iis qui tempore persecutionum pro nomine ejus martyrium subierunt. Nequaquam enim dixit : li solum qui pro nomine meo, in tempore persecutionum corpora sua tradent, vite æternæ hereditarium possidebunt ; sed quotquot pro nomine ejus mundum et concupiscentias ejus atque bona abdicabimus, cum omnibus, atque iis etiam qui pro nomine ejus martyrium subierint, eam possidebimus. Namque omnes pauperes spiritu, omnes mundos corde, mites, omnesque similiter qui timent nomen ejus beatos esse dixit Salvator : « Quoniam vestrum, inquit, est regnum cælorum <sup>38</sup>. » Martyres enim pierumque vel uno temporis momento concetantes consummati sunt ; monachorum vero institutum vite, certaminibus suis quotidie martyrium subit, non a sanguine et carne ; sed adversus principatus et potestates, mundi rectores tenebrarum sæculi, adversus spiritualia nequitie, usque ad extremum halitum luctatur atque dimicat....

πνευματικῆς τῆς πονηρίας ἕως ἐσχάτης ἀναπνοῆς τῆν οὐλῆν....

... **526** Dei armatura munita : ac omnia potest per eum qui ipsum confortat et miseratur, Christum. Nobis in parabola divitias suas tribuere cum cupiat Dominus, ait : « Simile est regnum cælorum negotiatori querenti bonas margaritas<sup>39</sup>, » et cætera. Hanc confirmans sententiam, ita loquitur evangelista : « Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Qui enim diligit mundum, non diligit eum qui ipsum dilexit Dominum <sup>40</sup>. » Qui vero hunc mundum et scandala quæ in eo sunt odio habuit, et voluntatem Dei diligit, is manet in sæculum. Dominus enim, quo nos a mundi conversatione decerneret, dixit : « Nemo mittens manum suam ad aratrum, et retro conversus, aptus est ad regnum cælorum <sup>41</sup>. »

ἂ τακτόμεθα, ἀλλὰ καὶ τῶν πρὸς ἀλλήλους νενομαγμένων καὶ κατὰ φύσιν καὶ νόμον δι-ῶν καθήκοντων ὑπερβροταίων παιδεύομεθα, τοῦ Κυρίου λέγοντος· « Ὁ ἀγαπῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμέ, οὐκ ἔστι με ἀξιός. » Ὁμοίως καὶ τὸ λοιπὸν ἐγγυτάτω οἰκίαν, ὄφλον δὲ ἐπὶ τοῖς πρῶτοις καὶ ἔξουιν τῆς πίστεως. Διὸ παρακαλῶν μεγάλως ἀργεστομένους ἐν καρδίᾳ τοῦς τῆς ἀσκήσεως πόρους, ἐν μείλει δειδύκτας τὰς καθ' ἡμῶν τοῦ ἐχθροῦ μεθόδους. Παράγει τότε σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου. Καὶ ταῦτα ἡ ἀπάτη, καὶ ὀλιψὺς τοῦ βίου τούτου πρόσκαιρός ἐστι καὶ ἀληγοχρόνιος, ἡ δὲ τῷ θεῷ δουλεύειν, ζωὴ αἰώνιος, ἀθῶς καὶ ἀθάνατος, τοῦ ἀναμένεμεν οἱ τῷ Χριστῷ δουλεύοντες· δι' ἣν καὶ ἀποταξάμεθα τῷ κόσμῳ, καὶ πάσαις ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ. Καὶ οὐκ ὀφείλομεν μημονεύειν ἐκεῖνα, ἅπτερ διὰ τὴν ἐντολὴν ταύτην κατελείψαμεν, ἵνα μὴ πάλιν τὰ πρόσκαιρα ποιήσαντες, τὴν αἰώνιον ζωὴν ἀποβαλώμεθα. Ἀψευδῆς γὰρ οἱ εἶπόν ἐτι· « πᾶς ὃς ἀρῆγεν οἰκίαν, » καὶ τὸ λοιπὸν, « ἑκατονταπλάσιον λαμβάνεται, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει. » Οὐ γὰρ, ὡς τινες ταῦτα ἐρμηνεύουσιν, οἱ περὶ τῶν ἐν τῷ καιρῷ τῶν ἐπισημῶν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ μαρτυρησάντων εἶπαν οἱ Κύριος. Οὐ γὰρ ἔφη ἐτι, Μόνον οἱ ἐν τῷ καιρῷ τῶν ἐπισημῶν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος μου τὰ ἐαυτῶν σώματα παραδόντες, ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσονται· ἀλλὰ πάντες οἱ διὰ τὸ νομᾶ μου καὶ κόσμῳ, καὶ πάσαις ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ ἀποταξόμεθα, καὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ ἀποταξόμεθα, ζωὴν αἰώνιον, μετὰ πᾶτων ὀφθαλμῶν τῶν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος μου μαρτυροσάντων, κληρονομήσουσι. Πάντας τοῖς πτωχοῦς τῷ πνεύματι, καὶ τοῖς καθαροῖς τῆ καρδίᾳ, καὶ τοῖς πραεῖς, καὶ τοῖς φοβουμένοις τὸ νομᾶ αὐτοῦ μακρρίζουσαι Σουτῆρ ἔλεγεν, « Ὅτι ὕμῶν ἔστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Οἱ μὲν γὰρ μάρτυρες πολλάκις, καὶ ἐπὶ μετ' καιροῦ ῥοπή ἀγωνισάμενοι ἐτελειώθησαν· ἡ δὲ τῶν μοναχῶν πολιτεία ἀθῶος καθ' ἑκάστην ἐαυτὸν μαρτυρεῖ, οὐκ ἀπὸ αἵματος, καὶ σαρκὸς ἐπιτασσόμεθα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχάς, πρὸς ἐξουσίαις πρωτοκοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος, πρὸς τὴν πάλιν ἔχουσα, καὶ ἀθῶει, καὶ εἰσαφανοῦσαι τῆ παν-

... τοῦ Θεοῦ περιφραττομένη, καὶ πάντα ἰσχύει ἐὰν τὸν ἐνδυναμοῦντα, καὶ ἐλευθῶν Χριστόν. Ἠρῆν γὰρ ἐν παραβολῇ τὸν ἐαυτοῦ πλουτῶν ὁλων χαρίζασθαι ὁ Κύριος ἔλεγεν· « Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐμπόρῳ ζητοῦντι καλοῦς μαργαρίτας, » καὶ τὰ ἐξῆς. Ταύτην τὴν ἐντολὴν βεβαιῶν οὕτως εὐαγγελιστῆς ἔφη· « Μὴ ἀγαπᾶτε τὸν κόσμον μηδὲ τὰ ἐν κόσμῳ. Ὁ γὰρ τὸν κόσμον ἀγαπῶν, οὐκ ἀγαπᾶ τὸν ἀγαπήσαντα αὐτὸν Κύριον. » Ὁ δὲ τοῦτον τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ σκάνδαλα μετασῶας, καὶ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ἀγαπήσας εὐμένει εἰς τὸν αἰῶνα. Χωρῖσαι γὰρ βουλόμενος ἡμεῖς ὁ ἀσποότης τῆς ἐν κόσμῳ διατριβῆς ἔλεγεν· « Οὐδεὶς βαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ στραφείς εἰς τὰ ὀπίσθω, εὐθεῖα

<sup>36</sup> Matth. x, 37. <sup>37</sup> Matth. xix, 29. <sup>38</sup> Luc. vi, 20. <sup>39</sup> Matth. xiii, 45. <sup>40</sup> I Joan. ii, 15. <sup>41</sup> Luc. ix, 62.



ἔστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ὁ δὲ Ἀπόστολος γρησι: « Στρατεύμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματεῖαις. » Καὶ πάλιν ὁ Κύριος: « Ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ, μὴ ἐπιστραφῆ εἰς τὴν ὄπισον, » τουτέστι μὴ πάλιν μνημονεύειν ἢ πολεῖν ἰσχυρῶς ἀναστροφῆν, τὴν διὰ τὸν θεόν καὶ τὴν ἐντολήν αὐτοῦ μισθῶσαι, κατέλιπε. Μὴ οὖν φοβήσθε τοὺς ἐκ τοῦ διαβόλου ἡμῶν ἐπαγομένους πειρασμούς, ἐκ ποικιλιοῦ ὡστὶ γέγραπται γάρ: « Υἱὲ μου, ἐλ προσέχης δουλεύειν τῷ Κυρίῳ, ἐτοίμασον τὴν ψυχὴν σου εἰς πειρασμούς. » Καὶ περὶ τῆς καρδίας τῆς ὑπομονῆς, τὴν τοῦ Θεοῦ βοήθειαν ἀναμένειν· μελίζων γάρ ἐστι τοῦ πολεμουμένου σε διαβόλου, καθὼς πολλάκις λέγεται· Μελίζων ἐστὶν ὁ ἐν ἡμῶν, ἢ ὁ ἐν τῷ κόσμῳ· καὶ ὁ Ψαλμοδός: « Οὐ φοβηθήσονται κακὰ, ὅτι σὺ μετὰ ἐμοῦ εἶ. » Καί: « Κύριος ζωτισμὸς μου, καὶ Σωτὴρ μου, τίνα φοβηθήσομαι; » Καί, « Ἐάν παρατάξῃται ἐπ' ἐμὲ παρεμβολή, οὐ φοβηθήσεται ἡ καρδία μου. » Καί, « Κύριος ἐμὸς βοηθός, κάγω ἐπιβόλαι· τοὺς ἐχθρούς μου. » Μὴ δεῖ τοίνυν τὴν δουλεύειν τῷ Κυρίῳ ἀπιστεῖν, ὡς οὐχ ὑπερασπίζεταί τοὺτον ὁ Κύριος πάντοτε· αὐτὸς γάρ εἰρηκεν· « Ὁ μὴ σε ἀναλείψει, οὐδέ μὴ σε ἐγκαταλείψει. » Καὶ γοῦν αὐτὸν ἔθου καταφυγῆν σου, εἰ οὐ προσελύσεται πρὸς σὲ κακὰ, καὶ μάστιγι οὐκ ἐγγίσει τῷ σκηνωματί σου· καὶ τὰ ἐξῆς. Διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς, ὡ ἀδελφοί, μὴ ἐνδύμεν ὄλεος τῷ ποτηρῷ, μὴδὲ θανατώσωμεν ἑαυτοὺς, διὰ οἰαοδηποτοῦν ἔδουξῃ, ἀλλὰ μεμνημένοι τὰ ἀποκείμενα ἡμῶν ἐν οὐρανοῖς ἀγαθὰ, πάντων τούτων ὑπερίδωμεν. Μὴ οὖν φανώμεν τῶν πρὸ ἡμῶν αὐχθήσαντας παλίνον. Ἐκαστος γὰρ ἐν τῇ κλήσει, ἢ ἐκλήθη μένει ἐν Χριστῷ παρογγέλλει ὁ Ἀπόστολος· ἵνα τὸν τῆς ὑπομονῆς στέφανον παρὰ τοῦ μισοπιστοῦ Χριστοῦ ἀπολάθωμεν, ἐν ἐπιγγελάτο τῷ ἀγαπῶντι αὐτόν. Γέγραπται γάρ: « Τὴν ἐπιθυμίαν σου διὰ τῆς ὑπομονῆς νίκησον, καὶ ἔση τέλος ἐν Χριστῷ. » καί: « Τῷ νικῶντι δώσω φαγεῖν ἐκ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς τοῦ ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου. » Λέγει Κύριος καὶ πάλιν· Ὅστις διὰ τοῦ ξύλου τοῦ σταυροῦ πάντα τὰ τῆς σαρκὸς νικήσει πάθῃ, τούτῳ δώσω στολὴν λευκὴν. Εἰ γὰρ φοβούμεν τὸν Κύριον, τὰ ἀνεκδιήγητα ἀγαθὰ, καὶ οἱ τῆς ὄψεως στέφανοι ἠτοκμάθησαν. Οὐ γὰρ ἐπιτάγματι τῶν ἀγίων ὁ πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ ἐχθροῦ πόλεμος, καὶ ἡ κατ' αὐτοῦ νίκη, διὰ τῆς τοῦ Κυρίου βοηθείας δέδοται, ἀλλὰ τρισὶν ὡς ἐν τῇ τοῦ σπέρματος παραβολῇ, αὐτὸς Κύριος ἔφη· Ἐδίδου γὰρ, φησὶν, ὁ μὲν τριάκοντα, ὁ δὲ ἐξήκοντα, ὁ δὲ ἑκατόν. Τούτων δὲ τῶν ταγμάτων τὰς ὑποσεαί: « τὰς Γραφὰς ἐρευνήσεις, πολὺτροπον ἀνελήσεις· μαρτυρεῖς μὲν οὖν εἶσιν, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος, οἱ τὸν ἑκατόν ποιοῦνται καρπὸν, παρθένοι αἱ τὸν ἐξήκοντα· καὶ οἱ λοιποὶ οἱ κατὰ τὰς ἐντολάς τοῦ Κυρίου, σπουδάζοντες ἀμέμπτους ἐν πάσῃ ἀναστροφῇ ἑαυτοὺς φυλάσσειν, τῷ Κυρίῳ ἀρεσκούσῃ, τριάκοντα. Τῶν οὖν μαθητῶν γέγοντο ἡμᾶς ἐνταγῆναι, Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ τῶν ἀγίων σου ἀγαθῶν ἀπολαθεῖν, νῦν καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A Apostolus vero ait: « Militans implicatur hujus vite negotiis <sup>41</sup>. » Ac rursum Dominus: « Qui in agro est, ne retrogradiatur <sup>42</sup>. » Hoc est, ne meminerit eorum, neque cupiat denuo adire conversationem, quam propter Deum et ejus preceptum perocis dereliquit. Ne timeat igitur tentationes a diabolo nobis inmissas, etiamsi variae sint; scriptum enim est: « Fili mi, si in animo habeas servire Deo, prepara animam tuam ad tentationes <sup>43</sup>. » Habeas in corde tuo patientiam, expectans Dei auxilium; major quippe ille est diabolo te impugnantem, quemadmodum plerumque dicitur: Major est qui est in nobis, eo qui in mundo est; et Psalmista: « Non timebo mala, quoniam tu mecum es <sup>44</sup>. » et, « Dominus illuminata mea et Salvator meus, quem timebo <sup>45</sup>? » Et, « Etiamsi consistant in me castra, non timebit cor meum <sup>46</sup>. » Et, « Dominus mihi adjutor, et ego despiciam inimicos meos <sup>47, 48</sup>. » Non oportet igitur cum qui Domino servit diffidere, quasi non ab eo semper protegatur: ipse namque dixit: « Non te deseram, neque te derelinquam <sup>49</sup>. » Si enim illum possisti refugium tuum, et non accedat ad te mala, et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo <sup>50</sup>, et cetera. Quapropter hortor vos, fratres, nullatenus maligno cedamus, neque nos morti tradamus, ob quancunque voluptatem; sed memores eorum quae nobis reposita sunt in caelis bonorum, haec omnia despiciamus. Ne itaque dum gloriamur eorum qui ante nos fuerunt, ludibrium esse videamur. Unicuique enim in vocatione qua vocatus fuit mandandum esse, in Christo praecipit Apostolus, ut patientiae coronam, a remuneratore Christo accipiamus. Scriptum enim est: « Concupiscentiam tuam per patientiam vincito, et eris perfectus in Christo; » et: « Vincenti dabo comedere de ligno vite, quod est in medio paradisi <sup>51</sup>. » Ait iterum Dominus: Quicumque per lignum crucis omnes carnis passiones vicerit, huic dabo stolam albam. Si namque Dominum timeamus, inenarrabilia bona et coronae gloriae nobis praeparata sunt. Non enim ex sanctorum jussione bellum committitur contra inimicos; sed victoria de ipso per auxilium Domini reportatur, et quidem a trium hominum generibus, ut ipse Dominus in parabola de semibibus loquitur: Dedit alius triginta, alius sexaginta, alius centum. Horum vero ordinum varium statum, si sacras quidem Scripturas evolveris, reperies. Martyres sunt, et mea fert opinio, qui centesimum faciunt fructum; virgines, quae sexagesimum; reliqui vero qui secundum mandata Domini curantes sese in omni Deo accepta conversatione inculpato custodire, tricesimum. Contingat nobis, o Christe Jesu, discipulorum tuorum in numero constitui, et sacris tuis perfuzi bonis, nunc et in infinita saecula saeculorum. Amen.

<sup>41</sup> II Tim. II, 4. <sup>42</sup> Marc. XIII, 16. <sup>43</sup> Eccli. II, 4. <sup>44</sup> Psal. XIIII, 4. <sup>45</sup> Psal. XXVII, 1. <sup>46</sup> Ibid. 5. <sup>47, 48</sup> Psal. CXVI, 6, 7. <sup>49</sup> Hebr. III, 8. <sup>50</sup> Psal. XC, 10. <sup>51</sup> Apocal. II, 7.

## 527 Περὶ τοῦ ναοῦ, καὶ περὶ τῶν διδασκαλιῶν, καὶ τῶν θεάτρων τῶν ἐν Ἀθῆναις.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΤΑΛΛΟΥ

ΕΞΗΓΗΤΙΚΟΝ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΝΑΘΗΝΑΙΣ ΝΑΟΥ.

*De templo, de scholis et theatris quae Athenis exstant.*

ATHANASII MAGNI

COMMENTARIUS DE TEMPLO ATHENARUM.

Iis qui sacras Scripturas ignorant, suadere debemus, ut ex ipsa rerum natura de Dei cognitione verba faciant. Videmus namque inter res creatas, substantias quasdam, quae non secundum naturam, sed supra ipsam naturam, sibi mutuo ministrant. Qualis exempli gratia est, aquae natura, quae fluida est ac deorsum tendit; quomodo conspicimus tamen eam a siphonibus, ut vocant, a mari ad nubes usque deduci: quodque mirum dictu est, quae salsa ascendit aqua marina, in pluvia dulcis delabitur? Quomodo item cum corpora natura sua in imum tendant, in aquis tamen Marmaricae Pentapoles, neque in imum tendunt, neque demerguntur? Quin etiam cum aqua et ignis contraria sint natura, una tamen aliquando erant (27) in Lyciae monte quem Olympum vocant, ut innumeri viderunt homines, et hactenus etiam vident qui eo loci versantur. Et alia his similia in rerum natura videntur et admirationi habentur; quae sane omnia non ita supra naturam fieri possent, nisi esset aliqua Dei substantia quae his dominaretur, iisque imperaret non sibi nutuo adversari. O gentiles! qui fit ut ingenti facto tonitru, tota hominum natura tremat, horrescat, obstupescat. Quo utique indicio ostendit se Domino subijci tonitruorum auctori. Et haec quidem sunt argumenta, quae gentilium rudiores et imperitiores ad Dei cognitionem deducere possint. Ad illorum autem sapientes dicimus, ex antiquis praestantibusque philosophis, multa de Dei cultu testimonia, quosdam Graecorum sapientes protulisse, imo etiam Christi aeternitatem seu Incarnationem praesignificasse. Etenim multis ante Christi adventum annis, sapientes quidam Apollo nomine, divinitus, ut puto, permotus, templum Athenis exstruxit, in cuius altari hanc inscriptionem posuit: « Ignoto Deo. » Eo igitur in loco convenere primi Graecorum philosophi, ut de templo illo ipsum interrogarent, necnon de prophetia et de Dei cultu, quorum nomina proferemus. Primus, Titon; secundus, Bias; tertius, Solon; quartus, Chiton; quintus, Thucydides; sextus, Menander; septimus, Plato. Hi septem philosophi Apol-

Τοὺς τὰς θείας Γραφὰς μὴ ἐπισταμένους, ἐξ αὐτῆς λοιπὸν τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως, παῖται ἐφελθόμεν περὶ θεογνωσίας λέγειν. Ὁρώμεν γὰρ τινὰς οὐσίας ἐν τῇ κτίσει οὐ κατὰ φύσιν, ἀλλὰ ὑπὲρ φύσιν μετ' ἀλλήλων ὑπερτούσας· οἷόν τι λέγω, φύσις ἡ τῶν ὑδάτων, οὐσία βροστῆ, καὶ καταφερρῆς ὑπάρχει, πῶς; ἔρωμεν τοὺς λεγομένους σίφωνας ἐκ τῆς θαλάσσης ὕψωρ πρὸς τὰς νεφέλας ἀνάγοντας· τὸ δὲ θαυμαστὸν βροτὸν τὸ ἀλμυρὸν ἀνερχόμενον, γλυκὺ ἐπὶ γῆς διὰ τὸν θρῆβρον κατέρχεται; Πῶς δὲ πάλιν ἡ τῶν σωμάτων φύσις βολιστικὴ κατὰ φύσιν ὑπάρχουσα, ἔρῃται; ἀβολιστος, καὶ ἄδουτος ἐν τοῖς ὑδασι τῆς Μαρμαρικῆς Πενταπόλεως; οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ γὰρ καὶ ὑδατος καὶ πυρὸς ἐναντία ἡ φύσις ὑπάρχουσα, ἐν πῶς ἅμα ἦν, ὅτε ἐν Λυκίᾳ τῆ θραὶ τῆ λεγομένη Ὀλύμπω, καθὼς μυριάδες ἀνθρώπων ἐιστάσασιν, καὶ μέγρε τοῦ νῦν ἐκείνων βίβλουσι; καὶ ἄλλα παράδοξα ἐν τῇ κτίσει θεωρούμενα, καὶ θαυμαζόμενα, ἅτινα οὐκ ἂν οὕτως ὑπὲρ φύσιν γενέσθαι ἐμελλον, εἰ μὴ οὐσία τις θεοῦ ἦν τούτων δεσπόουσα, καὶ τοῦτοις ἐπιτρέπουσα, ἀλλήλοισι μὴ ἀντιτάττεσθαι. Ὡ Ἑλλήνων παῖδες! βροντῆς στεβρῆδς γινομένης, πῶς ἅπασα ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις τρέμει, φρίττει τε καὶ ἐξίσταται, μνηύουσα διὰ τοῦ σήματος, ὅτι ὑπὸ δεσπότου ἐστὶ, τοῦ τὰς βροντὰς ἐργαζομένου. Καὶ ταῦτα μὲν πρὸς τοὺς ἀπειροτέρους τῶν Ἑλλήνων, ἦγουν ἀγραμμάτους, εἰς θεογνωσίαν φέροντα ὑποδείγματα. Πρὸς δὲ τοὺς παρ' αὐτοῖς σοφοὺς, ἐκ φιλοσόφων ἀρχαίων δυνατῶν, μαρτυρίας πολλὰς περὶ θεοσεβείας τινὲς Ἑλλήνων σοφοὶ ἔφρασαν, ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ οικονομίαν ἀμυδρῶς προσηύψωσαν. Καὶ γὰρ πρὸ πολλῶν χρόνων τῆς Χριστοῦ ἐπιδημίας, σοφὸς τις ὀνόματι Ἀπόλλων, θεῶν, ὡς οἶμαι, ἐπικληθῆς, ἐκίσει τὸν ἐν Ἀθῆναις ναόν, γράψας ἐν αὐτῷ βωμῷ, Ἀγνώστῳ θεῷ. Ἐν αὐτῷ τοῖσιν συνήχθησαν οἱ πρῶτοι τῶν Ἑλλήνων φιλοσοφοί, ἵνα περὶ τοῦ ναοῦ ἐρωτήσωσιν αὐτὸν, καὶ περὶ προφητείας, καὶ θεοσεβείας, ὧν τὰ δόγματα ἐρούμεν ταῦτα. Πρῶτος Τίτων, δεύτερος Βίας, τρίτος Σόλων, τέταρτος Χεῖλων, πέμπτος Θουκιδῆς, ἕκτος Μένανδρος, ἕβδομος Πλάτων. Οὗτοι οἱ ἐκτὶ φιλοσοφοὶ ἔφρασαν τῷ Ἀπόλλωνι· Προφήτευσον ἡμῖν, προφήτα, ὦ Ἀπόλλων, τίς ἐστίν ὁδε εἶπων,

(27) Affine est quod ait Aristoteles *Περὶ θαυμασιῶν ἀκουσμάτων* tom. I, p. 1165: Καίτεται δὲ συνεργῶς περὶ Λυκίαν καὶ μεγάλην πόλιν τῆν ἐν Πελοποννήσῳ. Ubi interpretes ineredite, Megaram Peloponnesi urbem, vertit. Neque enim Megara erant in Peloponneso. Sed hic Megalopolis Peloponesiaca urbs memoratur. — S. Methodius in libro *De resurrex-*

tionem (apud nos t. XVIII, col. 936): *Vidi ego in Olympo (is porro mons est Lyciae) ignem sponte sua, in montis cacumine, ex imo terrae erumpentem; iuxta quem exstat arbor Agnus nomine, a leo florida, virens et opaca, ut jugibus potius aquis irrigua nasci cideatur.* Edit.

τίνος ἐστὶ ὁ μετὰ τὸ βωμὸς οὗτος; Πρὸς οὗτος δὲ Ἀπόλλων ἔφη· Ὅσα μὲν πρὸς ἀρετὴν, καὶ κόσμον ὀφρω-  
 ζοῖτε ποιεῖν, ποιήτε. Ἐγὼ γὰρ ἐφευγείας τραπεζῆ  
 ὑψιμέδοντα, οὐ λόγος ἀφθεγχτος ἐν ἀδείῳ [ἀδέτῳ]  
 κέρη ἔγγυμος ἔσται, ὥσπερ πυροφόρον τόσον ἅπαντα  
 κέρων ζωγράφου, Πατρὶ, προσάξει δῶρον. Μαρία δὲ  
 τὸ ὄνομα αὐτῆς· ἔστι δὲ ἡ λύσις προφητείας οὕτως...  
 περὶ μὲν τοῦ ναοῦ ἔστιν ὁ πρῶτος λόγος. Ὅσα, φησὶ,  
 πρὸς κόσμον τοῦ ναοῦ, καὶ κάλλος θυατῶν ὑμῖν ποιη-  
 σαι, τὰ ἀρέσκοντα τῷ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις. Ἐγὼ γάρ  
 ὑπολαμβάνω εἶναι ἐν τῷ οὐρανῷ τρισυπόστατον μέ-  
 γαν ὕψιστον βασιλέα. Τούτου ἄναρχος Θεός, καὶ Λό-  
 γος ἐν ἀγάμῳ κέρη σαρκούται, καὶ ὥσπερ πυροφό-  
 ρον τόσον, ἡ ὡς δυναμώτερον, ἅπαντα κέρων φανή-  
 σεται, ἀλειύων τοὺς ἀνθρώπους, ὥσπερ ἰχθύα ἐκ τοῦ  
 βοθοῦ τῆς ἀπιστίας, καὶ ἀγνωσίας, οὕτως; προσ-  
 ἀξει τῷ ἔκτου Πατρὶ δῶρον. Μαρία δὲ τὸ ὄνομα αὐ-  
 τῆς. Καὶ τοῦτο μὲν προφητεῖον ὁ Ἀπόλλων εἶπε.  
 Τίτων ἔφη· Ἦξεν ἡ ἀνίσχυσα ἡμῖν μέλλον τὸν οὐ-  
 ράνιον τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς παῖδα ἢ ἄναδρος κέρη  
 κῆς. Βίαις εἶπεν· Οὗτός ἐστιν ἀπὸ οὐρανῶν βεβηκώς,  
 φλογὸς ὑποβαλὼν ἀθάνατον πῦρ· ὄντα τρέμει οὐρανός,  
 γῆ τε, θάλασσα, τάρταροι, καὶ βῆθιοι δαιμόνες, αὐτο-  
 πάτωρ τρωσίλοις. Σάλων εἶπεν· Ὅψι ποτε ἐπὶ τὴν  
 σχεδὴν ταύτην ἐλάσει Θεὸς γαῖα, καὶ ὄχη σφάλμα-  
 τος σάρξ γενήσεται ἀκαμάτου θεότητος, ἀνιάτων πα-  
 θῶν λύσει; φοροῦσα, καὶ τούτου μικρὴν γενήσεται  
 φθόνου λαοῦ, καὶ πρὸς ὕψος κρεμασθεῖς, ὡς θανάτου  
 κατάδοτος, εἰς πάντα πρὸς πᾶσι. Χιλιῶν εἶπεν·  
 Ἀκαμάτος φύσις Θεοῦ γενήσεται. ἐξ αὐτοῦ δὲ ὁ αὐ-  
 τὸς οὐσία, καὶ Λόγος. Θουκιδίδης εἶπε· Θεὸν σέβου  
 καὶ μάνθανε· μὴ ζητεῖ δὲ τίς ἐστὶ, καὶ πῶς; Οὐ γάρ  
 ἔστιν οὗτε οὐκ ἔστιν, ὡς ὄντα τούτου σέβου καὶ μάν-  
 θαν· ἀσιθῆς γὰρ τὴν νοῦν ὁ θέλων μανθάνειν Θεόν.  
 Μένανδρος εἶπεν· Ὁ παλαιὸς νέος, καὶ ὁ νέος ἀρ-  
 χαιοῦς ὁ Πατὴρ μόνος, καὶ ὁ νέος Πατὴρ· τὸ ἐν  
 τρία, καὶ τὰ τρία ἐν· ἄσαρκον σαρκικόν. Γῆ τέτοκε  
 τὸν οὐράνιον βασιλέα. Πλάτων εἶπεν· Ἐπειδὴ ὁ  
 Θεὸς ἀγαθός, οὐ πάντων εἶναι αἰτίος, ὡς οἱ πολλοὶ  
 λέγουσι. Πολλῶν δὲ ἀναίτιος· καὶ τὸν μὲν ἀγαθῶν οὐ-  
 δὲν ἄλλο φερὲν αἴτιον εἶναι μόνον τῶν καλῶν, κακῶν  
 δὲ οὐκέτι. Αὐτὸ πάλιν ἔφησαν οὗτοι οἱ ἐπὶ τὰ καὶ εἶπεν·  
 Εἰ μὲν περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ οἰκονομίας, καὶ περὶ τῆς  
 ἀγίας Τριάδος. Ἄλλος δὲ τις τῶν Ἑλλήνων σοφῶς  
 μὲν ἔειπεν τινῶν, Ἀσκληπιδῆς λεγόμενος, αἰτιῶν  
 ἔρημικῶν τῶν πάντων φιλοσόφων φιλοσοφώτε-  
 ρον δόναι αὐτοῖς λόγον περὶ Θεοῦ φύσεως· ὁ δὲ  
 Ἐρημῆ λαθῶν σιφίρων ἔγραψεν οὕτως· Εἰ μὴ πρῶ-  
 ταις τῶν πάντων Κυρίου, οὐ μὴ τὸν λόγον  
 τούτου ἀποκαλύψαι ἠθέλοντο· οὐδὲ ἡμᾶς τοιούτους  
 ἔργος καταλεῖν, ἵνα περὶ τούτων ἐρωτησῆται. Οὐ  
 γὰρ ἐρικτινὲς εἰσὶν εἰς ἀμύθητους τοιαῦτα παρασχέσθαι  
 μυστήρια· ἀλλὰ τῷ νοῦ ἀκούσαντων ἀκούσατε. Ἐν  
 μόνον ἡν· φῶς νεορὴν περὶ φωτός νεοροῦ, καὶ ἦν  
 αὐτὰ ἐνωσις ἐκ τοῦ νοῦ φωτὸς, καὶ πνεῦματι. Τὰ πᾶν-  
 τα ἐξ αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτόν, εἰς γόνιμον ἐκ γόνιμου,  
 καταλεῖν ἐπὶ γόνιμῳ ὕδατι ἔγκουσι τὸ ὕδωρ ἐκπί-  
 σν. Οὐδὲ; πῶς οἱ τῶν Ἑλλήνων παῖδες προσήφτη-  
 σαν, καὶ τὸν προάναρχον Θεόν, καὶ τὸν συνάναρχον

A li, dixerunt: Vaticinare nobis, o propheta, o  
 Apollo. Quis est hic, dic, cujus est altare cui tu  
 astas? Tum Apollo ait: Quæ quidem ad virtu-  
 tem et decorem spectant, quæque vos facere per-  
 timescitis, facite tamen. Ego namque mando ter  
 unum superne regnantem, cujus verbum non vo-  
 cale, in puella inclusus erit, qui quasi arcus ignita  
 mittens tela, totum mundum captum Patri in do-  
 num offeret. Maria autem est puellæ nomen. Pro-  
 phetia vero hæc est explicatio.... de templo primus  
 sermo intelligitur. Quæcumque, ait, ad templi orna-  
 tum et decorem præstare poteritis, Deo et homini-  
 bus placita erunt. Ego namque arbitror esse in  
 cælo, in tribus hypostasibus magnam altissimum  
 Regem. Hujus (filii) experit initii Deus et Ver-  
 bum, inuupta in virgine incarnatur, et quasi arcus  
 ignita mittens tela, seu ut quidpiam eo validius,  
 totum mundum piscabitur, homines scilicet quasi  
 pisces ex profundo infidelitatis et ignorantia extrahet,  
 quos Patri in donum offeret. Maria autem no-  
 men ejus erit. Et hæc quidem vaticinando dixit  
 Apollo. Titon dixit.... Cælestem Dei et Patris  
 528 Filium viri expers puella in utero gestat.  
 Bias inquit: Hic est qui de cælo venit, qui que  
 flammantem æternum ignem submittit: quem tre-  
 munt cælum, terra, mare, tartari, et in profundo  
 demersi dæmones, imperator felicissimus. Solon  
 ait: Vel sero tandem in hac navicula ad terram  
 appellet Deus, et absque peccato fiet caro infatiga-  
 bilis deitatis, quæ insanabilibus morbis medelam al-  
 tatura est. Hic ad tantillum temporis spatium, po-  
 puli invidiæ subjicietur. In altum suspensus, quasi  
 ad mortem damnatus, erga omnia mansuetus cadet.  
 Chilon inquit: Infatigabilis erit Dei natura,  
 ex ipso autem est qui substantia est atque Ver-  
 bum. Thucydides ait: Deum venerare, ac disci-  
 to illum: ne tamen quæras quis aut quomodo sit.  
 Non enim est tempus quo ille non sit, ut existen-  
 tem cole, atque ita edisce illum. Impius namque  
 mente est, qui velit ediscere quid sit Deus. Me-  
 nander ait: Antiquus novus, et novus antiquus:  
 Pater solus et solus Pater: Unum tria et tria  
 unum: carnis expers carnale. Terra peperit cæ-  
 lestem regem. Plato dixit: Quoniam bonus est  
 Deus, non omnium esse causa potest. Multorum  
 non est ille causa. Et bonorum quidem nulla alia  
 causa potest esse: malorum non item. Rursus  
 ii septem dixere, ita quidem de Christi œcono-  
 mia, et de Trinitate (dictum sit). Alius porro  
 Græcorum fuit, vir sapiens, Æsculapius nomine,  
 cum quibusdam aliis: philosophisque omnibus in-  
 terpretationem aliquam postulantiibus, atque de  
 Deo reconditoris philosophiæ verba audire cupien-  
 tibus; accepto Mercurius calamo, hæc scripsit:  
 Nisi providentia quædam esset omnium Domini,  
 nonquam hujusmodi sermonem revelare vellet,  
 neque nos ille in ejusmodi operibus detineret, ut  
 de his quæstiones haberentur. Neque enim viris

non initiatis possibile est ejusmodi tradi mysteria, A  
sed audite, ac mente attentis estote. Unum solum  
erat. Lux spiritualis ante lucem spirituales :  
eratque illa, conjunctio mentis cum luce et cum  
Spiritu. Omnia ex ipso et in ipsum, in prolificum  
ex prolifico. Descendens in prolificam aquam, prægnantem effecit aquam. Viden' quo pacto Græci prophetavere, ac eum qui ante omne principium erat, qui que una cum illo expers principii est, Filium et Verbum : necnon ejusdem throni participem et consubstantialem Spiritum, itenque venerandam crucis passionem prænuntiarunt. Ipsi gloria et imperium, cum Patre principio carente, et sanctissimo Spiritu, in sæcula sæculorum. Amen.

αὐτοῦ Ἰῆν, καὶ Λόγον, καὶ τὸ σύνθρονον αὐτοῦ καὶ ὁμοούσιον Πνεῦμα προεκήρυξαν, καὶ τὰ τίμια τοῦ σταυροῦ πάθη προσέκηρυξαν· αὐτῶ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ ἀνάγκῃ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

#### IN TRACTATUM DE CORPORE ET ANIMA MONITUM.

En tibi, Lector erudite, eum sistimus tractatum, quem memoravit Gerardus Vossius in Gregorii Thaumaturgi editione Parisiensi anno 1622, p. 120. Ubi ait ille, exstare Græce Romæ in bibliotheca Sfortiani num. 77, pulchram sancti Athanasii episcopi Alexandrini tractationem, de natura corporis et animæ, et de separatione animæ a corpore. At vereor ut vir eruditus æquus hac in parte rerum astimator deprehendatur. Tametsi namque quædam hic sunt, quæ non abs re dicuntur, alia tamen sunt futilia et Athanasio magno indigna, cujusmodi est frigida illa animæ definitio, et similia quæ tute advertas. Unde porro jam prodeat hoc opusculum, ex hisce Joannis Guillotii nostri verbis accipe, qui sua manu exscripsit, nobisque transmissit. Ex cod. Græco bibliothecæ Vaticanæ, num. 700, in charta papyracea, videtur habere 400 annos. Est elegantis manu, sed minusculis litteris exaratus. Est collectio diversorum operum, et fragmentorum SS. Patrum. Continet inter cetera sequens opusculum.

#### 529 ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

#### ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

#### ΠΕΡΙ ΣΩΜΑΤΟΣ ΚΑΙ ΨΥΧΗΣ.

#### S. P. N. ATHANASII

#### DE CORPORE ET ANIMA.

Exploratum est corpus constitutionem suam acci- B  
pere ex elementis, pariterque dissolutionem. Quam-  
obrem corpora sive hominum sive cæterorum anim-  
mantium facile corrumpuntur ac moriuntur, cum  
ex quatuor elementis sint composita, nempe terra,  
sole, aqua et aere, quæ et ipsa nec senio, nec mar-  
core libera manent, quemadmodum et corpora, cum  
corpora omnia ex terra sint facta. Res autem sim-  
plices nec compositæ facile perseverant, et usque  
ad consummationem indissolutæ manent : qualia  
sunt, sol, hominis anima, lux, luminaria, aer, aqua,  
ignis, spiritus, omnia demum simplicia. De anima  
vero hæc dicimus : quod scilicet in illa sint quinque  
passiones ; quæ passiones animales vocantur. Sunt  
autem illæ : Ira, tristitia, timor, sollicitudo, invidi-  
a. Qui vero sagaci instructus est cogitatione, omni-  
bus potest imperare. Anima vero, secundum se  
existit quasi ignis ardens. Quemadmodum ignis ea  
quæ in lehetem conjiciuntur concoquit ; ita et ignea  
anima cibos in ventrem immissos comminuit et  
consumit. Eiamsi porro ψυχή seu anima nuncupatur,  
non ita tamen vocatur, quod sit ψυχρά seu fri-

Σώμα τῷ ἔχοντι τὴν σύνθεσιν ἐκ τῶν στοιχείων  
δέχεται, καὶ διαλύσιν, καὶ ἀφανίζεται. Διὰ τοῦτο τὰ  
σώματα, καὶ ἀνθρώπων, καὶ ζώων, εὐφραρὰ τε καὶ  
εὐθνήτα τυγχάνουσιν, ἐκ τεσσάρων στοιχείων συ-  
νιστάμενα, λέγω δὴ, γῆς, ἡλίου, ὕδατος, καὶ ἀέρος,  
καὶ αὐτὰ οὐκ ἀγέγρατα, οὐκ ἀμέραντα ἕως τὰ σώματα  
μένει, ἀλλὰ θήσκει καθὰ καὶ τὰ σώματα, ποιηθέντων  
πάντων σωμάτων ἐκ γῆς. Τὰ δὲ ἀπλά καὶ ἀσύνθετα  
τῶν πραγμάτων εὐδιάμονα, καὶ ἕως τῆς συντελείας  
ἀκατάλυτα μένει· οἷον ὁ ἥλιος, ψυχὴ ἀνθρώπου, φῶς,  
φωστῆρες, ἀήρ, ὕδατα, πῦρ, πνεῦμα, καὶ πάντα τὰ  
ἀπλά, καὶ ἐν ἰδίᾳ. Περὶ δὲ ψυχῆς λέγομεν οὕτως· ὅτι  
εἰσὶ πέντε πάθη ἐν αὐτῇ, ἅπανα ψυχικὰ πάθη κα-  
λοῦνται. Εἰσὶ δὲ ταῦτα· ὀργή, λύπη, φόβος, φροντίς,  
καὶ φθόνος. Ὁ οὖν φρόνιμος ἔχων τὸν λογισμὸν,  
C δύναται πάντα κρατεῖν. Ἡ δὲ ψυχὴ ὑπάρει καθ'  
ἑαυτῆς, ὡς πῦρ καϊόμενον, καὶ ἕως τῆς πύρ τὰ βαλλόμε-  
να εἰς τὸν λέθητα ἔχει, οὕτω καὶ ἡ πικρῶδης  
ψυχὴ τὰ παραπεμπόμενα οἷα τῇ κοιλίᾳ λεπτόνει,  
καὶ δαπανᾷ. Κἀν δὲ ψυχὴ λέγεται, οὐ λέγεται διὰ τὸ  
οὕτως εἶναι ψυχρὰν τὴν οὐσίαν, ὡς τινες τῶν ἀπλο-  
στέρων διενόησαν· ἀλλὰ διὰ τὸ ἐκ πολλῆς θεοου-

τητος ἀναξηραίνεσθαι αὐτὴν τὰ ὑγρά, ὡς ἐστὶ πληρο-  
φορηθῆναι, καὶ ἐκ τῆς ἐνεργείας τοῦ ἡλίου· ὡν γὰρ  
πυρῶδης, καὶ θερμώδης πηλὸν ξηραίνει, καὶ πάν-  
ωγρον ἀνιμάται. Ὅτι δὲ ἡ ψυχὴ θερμὴ ἐστὶ κατὰ  
φύσιν, περὶ τοιαυτοῦ ἐκ τῶν ἀποθνήσκοντων· ἢ  
γὰρ ὄρα ἡ ψυχὴ χωρισθῆν ἀπὸ τοῦ σώματος, πάντα  
τὰ μέλη εὐρίσκονται χροσταλλώδη, καὶ οὐδὲν ἔχον  
πᾶσι χειμερίου. Ἔως γὰρ ἔχει ἡ ψυχὴ τὴν τροφήν  
εἰς ἀφροσίαν, τὸ σῶμα θάλλει, καὶ ἀναδίνεται· ὑπόταν  
δὲ ἀπορήσῃ αἰτῶν, αὐτὸ τὸ σῶμα ἀντὶ τροφῆς ἀν-  
έχει πρὸς τὴν θερμότητα τῆς ψυχῆς. Ὡστερ οὕτε  
ἀγγεῖον γαλκῶν, ἔχει λίθος ἐπὶ κλιβάνου, οὐ δύναται  
ἀνεῦ ὕδατος φέρεσθαι τὴν τροφήν τοῦ πυρὸς, ἐκφρού-  
γεται γὰρ καὶ διαλύεται τελείον· οὕτω καὶ ὁ λίθος τοῦ  
σώματος, μὴ ἔχον τὴν τροφήν, παρὰ τῆς πυρῶδους  
ψυχῆς· ὑποαικμύμενος ἀποκαίεται παντάσῃ. Ἄν  
θῆλῃς δοκιμάσαι μαθεῖν παρὰ τινος, πῶς διακρίνεται ἡ  
ψυχὴ ἐν τῷ σώματι, ἐρώτησον αὐτόν· εἰπέ μοι, ἐν  
ὄλω τῷ σώματι κατοικεῖ ἡ ψυχὴ τοῦ ἀνθρώπου, ἢ ἐν  
ἐνὶ τόπῳ; Καὶ ἐὰν εἴπῃ σοι ἐτι ἐν ὄλω τῷ σώματι,  
εἰπέ αὐτῷ· Καὶ πῶς τέμνουσαι τὴν χεῖρα, ἢ τὸν πόδα  
τοῦ ἀνθρώπου, καὶ οὐ κόπτεται ἡ ψυχὴ, ἀλλὰ πάλιν  
ζῆ ὁ ἄνθρωπος καὶ οὐκ ἀποθνήσκει; Εἰ δὲ εἴπῃ σοι,  
ἐτι ἐν ἐνὶ τόπῳ, εἰπέ αὐτῷ ἐτι. Καὶ πῶς εἶσαι τὰ ἄλλα  
μέλη τοῦ ἀνθρώπου χωρὶς ψυχῆς; Πῶν γὰρ τὸ μὴ ἔχον  
ψυχὴν νεκρὸν ἐστὶ, καὶ οὐκ οἶδα τί λέγεις. Ἐγὼ δὲ  
εἶπω σοι ἐν πολλῷ τόπῳ, καὶ πολλῷ τέρπῳ, καὶ ποῦ  
ἀναπαύεται ἡ ψυχὴ· ἐν τρισὶ τόποις ἀναγκαίοις τοῦ  
σώματος ἐστὶν ἐνδρυμένη· καὶ ὥστερ ἡ ἀκτὶς τοῦ  
ἡλίου ἀεὶ ἐνα τόπον χωρεῖ, καὶ εἰσέρχεται τὸν οἶκον,  
φωτίζει δὲ πάντα τὸν οἶκον, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ ἐν  
τρισὶ τόποις τοῦ σώματος κατοικοῦσα φωτίζει τὸν  
οἶκον ὅλον τοῦ σώματος. Κατοικεῖ δὲ ἐν τῇ καρδίᾳ,  
τῷ ὀπισθεν μέρει τῆς κεφαλῆς, ὅπερ κότυλον ὀνομά-  
ζουσι, καὶ ἐν ταῖς βασιλικαῖς φλέβαις. Ἐν τούτοις  
τοῖς τρισὶ μέρει κατοικεῖ ἡ ψυχὴ. Διὰ τοῦτο ἢ ὄρα  
κρονοσῆ ἡ κεφαλὴ, ἢ ἡ καρδία, ἢ ἡ βασιλικὴ φλέβη  
ἐκρεύσῃ αἷμα πολὺ, καὶ εὐθὺς χωρίζεται τοῦ σώματος  
ἡ ψυχὴ, καὶ νεκρὸν τὸ σῶμα εὐρίσκειται. Κατοικοῦσα  
δὲ ἡ ψυχὴ, ἐν τοῖς τρισὶ μέρει, μεταδίδουσαι ὄλω τῷ  
σώματι τῆς οὐκείας φωτισμοῦς δυνάμεως.

A *gida*, ut ex simplicioribus quidam arbitrantur; sed  
quia vehementia calorū bumida exsiccāt, ut ex  
solis vi et efficacā compertum est: cum sit enim  
igneus calidusque, lutum exsiccāt, et humiditatis  
plenum quodlibet in exhalationes solvit. Quod au-  
tem anima sit natura sua calidā; id sane mortuo-  
rum exemplum tibi persuadet: quā enim hora a  
corpore anima separata est, omnia membra con-  
gelata deprehenduntur; nihilo minus quam quis  
hieme patiatur. Quandiu enim anima cibum copiose  
recipit, viget corpus ac vegetum est; ubi vero ali-  
mento privatur, ipsum corpus cibi loco obstitit ani-  
mæ calorū. Quemadmodum vas æneum, seu lebes  
in cilibano, non potest sine aqua ferre ignis vehe-  
mentiam; torretur enim ac prorsus dissolvitur; eo-  
dem quoque modo corporis lebes, si caret alimento,  
ab ignea anima prorsus tabe factus omnino deficit.  
Si cupias ab aliquo ediscere qui se habeat anima in  
corpore, sic interrogato illum. Dic mihi, in totone  
corpore habitat anima hominis, an aliquo in loco?  
Quod si dixerit tibi: In toto corpore, dic illi: Et  
qui fit, ut abscessa manu vel pedis hominis, non  
secetur anima, sed adhuc homo vivat, nec moria-  
tur? Sin dixerit tibi: In uno loco; reponē illi:  
Quomodo ergo subsistunt alia omnia membra?  
Quidquid enim anima caret, mortuum est, nec scio  
quid dicere velis. Ego autem dico tibi, quo loco,  
qua ratione, et ubi requiescat anima: tribus in lo-  
cis corporis firma consistit; ac quemadmodum ra-  
dius solis in unum semper domus locum concedit  
et ingreditur, illuminatque totam domum; ita et  
anima tribus in locis corporis habitans, totam  
corporis domum collustrat. Habitat porro in corde,  
in posteriore capitis parte, quoniam cotylum vocant, et  
in basilicis seu regni venis. In hisce tribus partibus  
habitat anima. Quamobrem quā hora percussit caput,  
aut cor, aut ex basilica vena emanat copiose  
sanguis, statim a corpore anima separatur, ac mor-  
tuum corpus invenitur. Anima porro in tribus  
partibus habitans toti corpori propriæ virtutis illu-  
strationem dispensat.

## 530 IN LIBROS DE TRINITATE ADMONITIO.

*Multa de hisce libris occurrunt investiganda: nam ut incertus auctor, sic varia eorum forma, diversa omnino operis totius distributio: nec minoris est operæ primigenium et nativum assignare ordinem, quam qui sit antiqui hujusce factus pater indicare. In manuscriptis sane omnibus, ut et in editis quos in-picere licuit, opus Athanasio ascribitur. At non par ubique librorum numerus. Discrimen totum ut lectori exhibeamus, qui in manuscriptis, quique in editis sit operis status, quæ conditio, jam enarremus. In manuscripto itaque nostro Sangermanensi, n. 724, sexcentorum circiter annorum, hoc præmissio titulo: Incipit liber sancti Athanasii episcopi De sancta Trinitate, hisce verbis inchoatur: Tu unius Deus Pater, et unigenitus Deus Filius, Deus Spiritus sanctus. Atque hic est liber primus.*

*Ad librum secundum hæc est inscriptio: Incipit liber secundus, De propriis personis, et de unito nomine divinitatis. Postea sic exordium habet: Interrogatio. Nunc per singula nomina personarum, ut nomen deitatis mihi exponas postulo.*

*Ad librum tertium: Incipit liber III, De assumptione hominis. Cujus initium: Quemadmodum una deitate, eandemque unam æqualitatem confiteris Filium esse.*

*Ad quartum librum: Incipit liber quartus, De singulis nominibus, adversus novellam hæresim Potentini.*

*Cujus principium est*: Interr. Hic jam de singulis nominibus atque personis identidem refert mihi.

*Ad quintum*: Incipit liber quintus, De unita ac sempiterna substantia Trinitatis. *Principium sic habet*: Interr. Hic contradicentis persona est Ariomanitarum. Cur conexus est sempiternum, etc.

*Ad sextum*: Incipit liber sextus, De beatitudine fidei, et præscriptione sectæ pessimæ. *Cujus initium*: Interr. Posco a te de unito deitatis nomine multifarie dictum, ut identidem repetas.

*Ad septimum*: Incipit liber septimus, De professione Regulæ catholicæ cum increpatione hæreticorum. *Cujus initium*: Propter quod impensissime obsecro tuam sublimitatis gloriam, ut elonges a sensibus nostris.

*Ad octavum*: Incipit liber octavus, De Fidei unitate. *Cujus principium est*: Fidei unius substantiæ Trinitatis, hoc est, Patris et Filii et sancti Spiritus.

*Octavus porro liber in hac verba desinit*: Corona autem capitis continet purpuram et hominem; unum imperium virtutis ostendit: sic Pater in Filio et Filius in Patre: Spiritus autem sanctus conjunctio, deitas (Reg. deitatis) virtus et unitas Trinitatis. *Postea hæc leguntur*: Explicit liber octavus Dei Patris et Filii et Spiritus sancti, Athanasii episcopi. Hos libellos viii transcripsi, qui multa addita et immutata continent. Incipit libellus fidei, Patris et Filii et Spiritus sancti, Athanasii episcopi. *Postea sic incipitur*: Cum legeris per hanc fidem, moneo ut mei memor sis in orationibus tuis. Ne forsitan negligenter quisquam hoc obiretator contingat, quia scriptum est: « Ne projiciatis margaritas ante porcos ». Credo in Deum Patrem omnipotentem, et in unigenitum, etc. *Post eam fidei confessionem hæc subsequuntur*: Explicit Expositio fidei, incipit ejusdem de Trinitate et de Spiritu sancto. *Initium porro sic habet*: Illis qui Filium Dei creatum esse profitentur, nequaquam de Spiritu sancto dabimus responsum, etc. *Post huncce librum superioribus prolixiorum, legitur*: Sancti Athanasii episcopi de Trinitate liber explicit. Incipit Altercatio S. Athanasii episcopi contra Arium, Sabellium vel Photinum hæreticos. *Quod opus post libros de Trinitate a nobis codicum vestigio hærentibus reponetur.*

*In codice Reg. 5624, idem ordo servatur. In fine porro octo librorum sic legitur*: Explicit liber octavus Fidei Patris et Filii et Spiritus sancti, Athanasii episcopi. *Deinde ita habet*: Expositio fidei catholicæ. Credo in Deum, etc., uti supra. *Reliqua eodem quo Sangermanensis codex ordine.*

*In editione operum Athanasii anno 1556, Basileæ, et in Commeliniana, septem tantum priores libri component, omissis iis omnibus quæ post libros de Trinitate in manuscriptis leguntur.*

*In editione autem Parisiensi Græco-Latina, undecim libri habentur*: nimirum præmissis septem libris, ut exstant in Commeliniana editione, octavus sic inscribitur: De Ariana et catholica confessione ad Theophilum. *Cujus initium*: Ariani dicunt, Filium Dei non de substantia Dei Patris genitum, sed extrinsecus creatum: qui liber non est in manuscriptis nostris, nec qui mos sequitur. *Nonus*: De Fidei sui ad Theophilum, *cujus initium*: Credere jubemur in Dei Patris omnipotentiam, et Filii ejus Jesu Christi. *Decimus*, De unitate Fidei ad Theophilum, *cujus initium*, Fidei unius substantiæ Trinitatis, hoc est, Patris et Filii et Spiritus sancti. *Hic octavus fertur in mss. Undecimus*, De fide unitatis et Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti. *Cujus initium*: Credo in Deum Patrem omnipotentem, et in unigenitum, etc. *Hæc est Fidei confessio que in mss. subsequitur post octo libros de Trinitate ad Theophilum. Huic confessioni consequenter adjungitur liber ille sat prolixus qui in manuscriptis sequitur post Fidei confessionem, hisque verbis inchoatur*: Illis qui Filium Dei creatum esse profitentur nequaquam de Spiritu sancto.

*Petrus Franciscus Chiffletius e Societate Jesu, qui Victoris Vitensis et Vigilii Tapensis opera edenda curavit anno 1664, hos de Trinitate libros Vigilii nomine edidit: jure an injuria ei ascripserit mos expendemus. Jam ordinem quod spectat, octo priores libros ut in manuscriptis digesti habentur, recensuit. Nonus autem est, Libellus Fidei, cujus initium*: Credo in Deum Patrem omnipotentem, illa scilicet Fidei confessio superius memorata. *Decimus*, Expositio fidei catholicæ, *cujus initium*: Credere jubemur in Dei Patris omnipotentiam. *Qui liber nonus fertur in editione Paris. Undecimus*, Professio Ariana, et confessio catholica sancti Athanasii, *cujus initium*: Ariani dicunt Filium Dei non de substantia Patris genitum. *Estque liber octavus in edit. Paris. Duodecimus*, De Trinitate, et de Spiritu sancto, *cujus principium est*: Illis qui Filium Dei creatum esse profitentur, nequaquam, etc., *qui liber in edit. Paris. consequenter ponitur post fidei confessionem sub uno uterque titulo. Ex hiis porro liquidum est quam multis varietatibus mutationibusque obnoxius fuerit horumce librorum ordo atque numerus. Nec minores in contextum intractæ sunt mutationes et additiones, ut monuit nostri codicis excerptor, que tamen in Athanasianis editis non comparant. Ut autem lectori studioso in promptu sit, eas a primigenio contextu discernere, uncinis inclusimus quidquid novi ex manuscriptis huc transmissum fuit. Manuscriptorum porro sequimur ordinem, ac librorum numerum, qui Hincmari tempore idem fuisse 531 videtur: nam octo libros Athanasium contra Arianos edidisse testatur ille; totidem scilicet, quot ex-*

<sup>22</sup> Math. vii, 6.

stant in codicibus nostris manuscriptis. Ac licet ipse librum Athanasii decimum de Trinitate laudet, pag. 497, non eo id agit quod liber ille decimi inscriptionem ferret in codicibus, alias enim sibi ipsi repugnaret Hincmarus, qui octavo tantum alibi recensuit; sed fortassis tractatum illum de Trinitate vocat decimum, quia post octo libellos supradictos duo sequuntur opuscula Athanasii nomine, quorum positum de Trinitate nuncupatum, decimum potest dici si cum præcedentibus numeretur. Illa autem postrema duo opuscula, ut nemo non videt, alius sunt argumenti; atque adeo prioribus libris minime annumeranda; ut nec duo alii libri qui non comparent in manuscriptis nostris, scilicet qui octavus fertur in editione Parisiensi, incipique ita: Ariani dicunt Filium Dei; item qui nonus ibidem habetur, cujus initium: Credere jubemur in Dei Patris omnipotentiam. Quare hosce libros ad calcem octo priorum rejciendos censuimus. De scriptore porro horumce operum varie sunt opiniones: et primum inter omnes convenit non esse Athanasii, quod utique prope palam est ex multis loquendi generibus Athanasio minime familiaribus, tum etiam quod natus horumce libellorum stylus, Latinus non Græcus videtur, nec a quoquam veterum memoretur Græcum ejusmodi Athanasii opus, cujus item nullum vestigium exstat in Græcis Athanasii operum codicibus. Id igitur pro certo habetur, Athanasii non esse hos libellos. Vigilio Tapsensi ascribunt viri clarissimi, Sirmondus, Labbeus, et Chiffletius, qui postremus duodecim libros de Trinitate Vigilii nomine edidit anno 1664, ac eidem his vindicat de causis. 1º Quod opus illud in codicibus manuscriptis jungatur cum Altercatione contra Arium, Sabellium vel Photinum hæreticos, quod opus constat esse Vigilii. 2º Quod in præfatione libri contra Marivadum, Idatius Clarus, seu, ut exprimitur Chiffletius, ipse Vigilius latravit, sese prodat hujusce operis auctorem, hisce verbis: Dudum, dilectissimi fratres, in Neapoli urbe Campaniæ constitutus, cujusdam Varimadi Arianzæ sectæ diaconi propositionibus, a quodam studioso ac religiosissimo viro mihi oblati, rustico quidem sermone respondens, in uno corpore simul libellos de unitate Trinitatis digessi. At primum quod afferitur leve admodum est; licet enim in codicibus jungantur hi libri cum Altercatione contra Arium, Sabellium et Photinum, nequaquam hinc conficitur utrumque opus ejusdem esse scriptoris; librarii enim complura in eodem codice etiam disparata opera compingere solent, multoque libentius ea copulant quæ ejusdem scriptoris nomen præferunt, quod hic sane contigit.

Testimonium Idatii quod spectat, sane apertum illud indubitatumque videtur, et fortasse vel solum esset ad Chiffletii sententiam firmandam satis, si perinde exploratum esset, eundem esse Idatium illum cujus nomen in quibusdam manuscriptis præmittitur, atque Vigilium; seu potius Vigilium Idatii nomen affectasse. At res minime vacat difficultate. Quæ pro Vigilio afferuntur hæc sunt: In subsequenti Altercatione adversus Arium, Sabellium et Photinum, Vigilium illius operis, ut putatur, auctor, hæc scribit L. II, n. 45: Audianus autem et beatissimum Paulum, de hoc eodem mysterio apertius disserentem, et tres unum Deum confirmantem; sicut in libro quem adversus Marivadum, nefandæ hæresos vestræ diaconum edidimus, plenissime constat expressum; de quo nunc in hoc loco perpaucis interserimus. Dum ergo ille objiceret, quod unio excludat æqualitatem Trinitatem, et æqualitas repellat unionem, inter alia multa hoc ego retuli. Audi, inquam, Apostolum hanc Trinitatis unionem calcatis prædicantem, etc. Totum ibi locum offert qui n. 45 comprehenditur, ubi quatuor afferuntur ex Pauli Epistolis sententiæ. Putat igitur Chiffletius, Marivadum hic memoratum, illum ipsum esse qui Varimadus vocatur; qui haud illibenter assentitur, proclivis enim admodum levis illa litterarum commutatio; cum maxime certum sit alias cum Marivadum illum, tum Varimadum celebrem quemdam fuisse Arianum diaconum, qui contra veram de Trinitate fidem scripsit. Ea igitur in re Chiffletio minime repugnans, At non æque compertum est, librum contra Marivadum superiore loco laudatum, eum ipsum esse tractatum qui inscribitur Idatii Clari contra Varimadum, locus quippe ille sat prolixus qui in altercatione contra Arium ex libro contra Marivadum afferitur, nequaquam exstat in tribus Idatii contra Varimadum libris. Nec audiendus laudatus vir Chiffletius, qui ut totum illud fragmentum superius allatum, in libris Vigilii reperiat, sententiæ et Paulina loca hinc inde corradit: imo ex duodecimo de Trinitate libro totum initium collegit, qui tamen liber nusquam inscriptus esse contra Varimadum vel Marivadum, ut nec ceteri de Trinitate libri. Cum igitur locus ille in libris Idatii Clari adversus Varimadum minime compareat, consequens plane fuerit librum Vigilii adversus Marivadum, ex quo ipse superiorem ex. rpsit locum, diversum esse a tribus illis Idatii Clari libris. Vir clarissimus Anselmus erudite isthæc ac fusc persequitur in sua de Symbolo Athanasiano dissertatione, cui lectorem remittimus: nobis enim non licet esse tam prolixus. Hæc tamen, ni fallor, satis erunt, ut liquido constet immerito ascribi libros Idatii Clari Vigilio Tapsensi Afro. Cum igitur Idatio adjudicandi videantur libri tres contra Varimadum, hinc consequitur libellos de Trinitate quos a se digestos memorat Idatius in iisdem contra Varimadum libris, ejusdem Idatii, non Vigilii esse. Quia tamen in omnibus codicibus nomen præferunt Athanasii et fortassis ipso scriptoris consilio, nobis religio fuit Athanasii expungere nomen, quod scriptor ipse præmissum voluit.

Quis porro sit Idatius iste minime constat. Duo quidem memorantur Idatii scriptores, ambo Hispani; alter cognomine Clarus, qui adversus Priscillianum scripsit, ac Theodosio seniore et Valentiniano imperantibus diem clausit extremum, teste Isidoro cap. 2. Alter est Idatius provincia Galliciæ episcopus, Chronico-

rum scriptor, Lemicensis a Sigeberto vocatus, qui Leone imperante diem obiit. Prior, adversus Marivadum illum diaconum Arianum, qui, ut ait Victor Vitensis, Hunerico regi familiaris fuit, scripsisse nequit; nec trium adversus Varimadum librorum auctor erit; si tamen idem ipse sit Marivadus, qui Varimadus, ut vero satis simile est. Alteri ergo, chronologo scilicet, probabilius ascribuntur: cui Clari fortasse nomen a quopiam librario fuerit adjectum.

Ceterum opinamur octo tantum priores libros ad Idatium pertinere; nam sequentia opuscula, quo scriptore prodierint ignoratur; etenim cui sint ascribenda nullus codex, nullus scriptor qui in manus inciderit nostras, indicat. Sed liber qui postremus in manuscriptis et in prius editis habetur, hoc titulo: De Trinitate et de Spiritu sancto, et hisce verbis inchoatur: His qui Filium Dei creatum esse profitentur, nobis videtur Athanasii esse. apprime enim convenit cum aliis *πολυμοῦς*; sive styllum spectes sive argumenta: quare inter germana Athanasii opera tomo primo census fuit, ubi de illo fuit.

## DE SANCTA TRINITATE

### LIBRI XI.

(Vide *Patrologiæ Latinæ* tom. LXII, col. 257-307, in Vigilio Tapsensi.)

#### IN DISPUTATIONEM S. ATHANASII CONTRA ARIUM ADMONITIO.

*Vigilio Tapsensi hoc opus jamdiu vindicavit Georgius Cassander in edit. Colon. anno 1555, et post eum eruditus vir Chiffletius, ex aperto scilicet ipsius Vigillii testimonio, qui in libro v adversus Eutychem, cap. 2 hæc habet: Et quanquam, inquit, de conciliorum diversis sanctionibus, et nominum religiose aditis novitatibus, plenissime in eis libris, quos adversus Sabellium, Photinum, et Arium, sub nomine Athanasii tanquam si præsentibus agerent, ubi etiam cognitoris persona videtur inducta, conscripsimus, etc. Hujusce vero operis duæ sunt nec modicum inter se discrepantes formæ. Prior que in prius editis Athanasii comparet, altercationem refert Athanasium inter et Arium solum: posterior priore longe auctor a Chiffletio edita disputationi interserit Sabellium et Photinum; et in fine adjicit sententiam judicis Probi. Ambas illas integras redtere visum fuit. Putat Chiffletius, priorem a Vigilio, tum editam fuisse cum adhuc Vandulorum jugo premeretur, adeoque ejus auctor agnoscere nollet; posteriorem vero, cum extra eorum potestatem esset: quippe in qua se et Athanasii personam eminentium esse, et Marivadum ac Palladium Arianos scriptis libris confutasse palam proficitur. Sed palam est hæc conjectando tantum dici. Nec quæ causa sit tantæ inter utramque formam varietatis, satis compertum habetur.*

## DISPUTATIO ATHANASII CUM ARIO

CORAM PROBO JUDICE.

(Vide *Patrologiæ Latinæ* tom. LXII, col. 153, in Vigilio Tapsensi.)

### ALTERCATIO S. ATHANASII

Contra Arium, Sabellium vel Photinum hæreticos.

(Vide *Ibid.*, col. 179.)



## IN SEQUENTES EPISTOLAS MONITUM.

**532-597** *En tibi, Lector erudite, sistimus epistolas variorum pontificum ad Athanasium, et vicissim Athanasii ad pontifices, ab otiosis hominibus conscriptas. Duæ priores Græce jamdiu exstant in codicibus Athanasianis, iisque perantiquis, suntque imperiti Græculi opus : nam quæ de Trinitate istic prædicantur, ἀνόστα πτερωτά plerumque sunt, et ab usitatis Athanasio loquendi formulis prorsus aliena. Prior epistola Liberii ad Athanasium, mutila videtur initio, ut indicat codex Seguerianus, qui habet ad marginem, ζῆται ἀρχὴν, quære initium. Secunda quæ est Athanasii ad Liberium, nullam præfert epistolæ formam, sed est ceu inepta quadam, et admodum implicata fidei expositio. Estque utrumque opusculum, ut ex verbis conjectare licet, ab eodem scriptore exaratum. Nemo autem, ut opinor, vel tantillum peritus, hæc aut Liberio, aut Athanasio adjudicaturus est. Nam præter styli discrepantium plane conspicuam, non levis est illud momenti, quod in tanta rerum ecclesiasticarum perturbatione, quantâ ineunte Liberio pontificatum, in toto Christiano orbe versabatur; nec de temporum conditione, nec de controversiis Catholicis inter et Arianos, quibus Oriens pariter et Occidens eo tempore confluebat, ullam faciunt mentionem. In his etiam hæc formula usu venit : Patrem, Filium et Spiritum sanctum, unum esse ὑποστάσει, quæ licet Athanasii tempore non dum proscripta esset, a sancto tamen doctore nunquam usurpatur. Eam nihilominus in confesso esse, ac inter veræ fidei clausulas locum habere, statuere videtur qui ementito Liberii et Athanasii nomine has edidit epistolas.*

*Reliquas autem epistolas, quæ Latine postea subsequuntur, hæsimus aliquando dubiis, an edercmus, necne : quia nimirum, exceptis prioribus duabus, aliæ omnes a Commelinianis et Parisiensibus, quod nullius pretii, ac ne memorandæ quidem videantur, prætermittuntur. Et sane commentis sunt et mendacis respersæ, exque variis locis consarcinate, ut ne umbram quidem γνησότητος referant. Verum ne quid in nostra editione lector vel ex spuris desideraret, visum est eas denuo publicare.*

*Ut autem primo conspectu adverteret eruditus lector, non sunt isthæc nisi lacinie, ex Historia Tripartita, ex multis synodaliibus epistolis, et decretis conciliorum, hinc inde excerptæ, et a falsario quodam consarcinatæ, qui ut fucum legentibus faceret, nomina persæpe propria immutavit, annos arbitratus suo, et consules ascriptis. Ad marginem nos undenam lacinie ejusmodi prodeant, pro facultate significavimus.*

## ATHANASII ET QUORUNDAM ROMANORUM PONTIFICUM EPISTOLÆ.

Ἀθανασίου, ἐπισκόπου Ῥώμης, ἐπιστολὴ πρὸς τὸν Ἀ Liberii, ἐπισκοπὴ Ῥώμης, ἐπιστολὴ πρὸς τὸν Ἀ  
αὐτὸν Ἀθανάσιον, οὗ ἐπέλειον ἄνωρα καὶ Ἐλα-  
ber ὁ Θεὸς Λόγος.

Ἔστιν οὖν ἡμῖν ἡ ὁμολογία, ἐπιποθετὴ μοι Ἀθα-  
νάσιε, Λόγος Θεοῦ, Υἱὸς κατὰ φύσιν, ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ  
Πατρὸς γεννηθεὶς, οὐ κτισθεὶς, ἀλλ' ἀπὸ ὧν συνάναρ-  
χος τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ ἀκαταπαύστως τὸ βασι-  
λειον ἔχων εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας. Ἀμήν. Καὶ  
τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον ἀληθῶς ἐκ τοῦ Θεοῦ κατὰ φύ-  
σιν τῆ φύσει (28) Θεόν, ἀμείριστον ἐκ Θεοῦ κατὰ τὰς  
ἀγίας Γραφάς : τοῦ εἶναι ἀληθῶς τὸν Πατέρα, καὶ  
τοῦ εἶναι ἀληθῶς τὸν Υἱόν, καὶ τοῦ εἶναι ἀληθῶς τὸ  
ἅγιον Πνεῦμα, ἕκαστον ὄνομα μὴ μεταβαλλόμενον  
ἐπὶ ἀναλίματι ἐκ τῆς οὐκίας ἐπινομασίας : τοῦ εἶναι  
τὴν Τριάδα ἀληθῶς Τριάδα ἐν μιᾷ θεότητι, καὶ ἐν  
μιᾷ δυνάμει, καὶ ἐν μιᾷ οὐσίᾳ, καὶ ἐν μιᾷ ὑποστάσει. B  
Οὐ γὰρ μερίζεται ὁ Υἱὸς ἐκ τῆς πατρικῆς ὑποστά-  
σεως, οὐδὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τῆς πληροῦστος τὸν  
οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Ἔστιν οὖν, καθὼς προεῖπον, ἡ  
Τριάς ἐν μιᾷ ὑποστάσει μὴ μερίζομένη, καὶ τῆ οὐσία  
ἐν, καὶ τῆ θεότης ἐν, καὶ τῆ δυνάμει ἐν, καὶ τῆ βα-  
σιλείᾳ ἐν, καὶ τῆ δοξολογία ἐν, καὶ τῆ εἰκόνι ἐν, καὶ  
τῷ Πνεύματι ἐν : Πνεῦμα γὰρ οὐ μερίζεται. Ἀνάθε-  
μα οὖν λέγου Σαβελλίου τὸ δόγμα καὶ Ἀρείου, καὶ τὰς  
προσηγορευμένας αἵρέσεις, εἰς αἰώνιαν κλίμασιν, κα-  
τὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν. Ταῦτε οὖν τῆ ὁμολογίᾳ,  
ἀδελφεῖ Ἀθανάσιε, τῆ οὐσῆ μόνῃ καὶ ἀληθῶς πίστει

(28) Ita Seguerianus. In editis, τῆ φύσει deest.

consentis; coram iudice Deo et Christo, quaeso mihi rescribas, si perinde atque nos in vera fide sentias; ut confidenter et sine discrimine quaerogis praestare possim. Illud etiam te non ignorare velim, dilecte, nimirum veritatis filius, impassibilem deitate confiteri, necnon aditum Verbi et Dei in carne; qui perfectum hominem assumpsit sine peccato, natus ex Spiritu sancto et ex Maria Virgine, secundum Evangelia: in Christo Jesu. Amen.

**598** *Sancti Patris nostri, Athanasii archiepiscopi Alexandrini, rescriptum ad Liberium, Romae episcopum. Quod perfectum hominem Deus Verbum assumpsit propter salutem nostram.*

Unus Deus immortalis, qui nec videri, nec tangi potest. « Spiritus » enim « est Deus »<sup>22</sup>. Ipse nullo loco potest comprehendi, nec ullus est locus a quo absit. Huius Verbum immortalis est sapientia, incorruptibilis, invisibilis: Filius primogenitus, operum socius, principio carens, sub tactum non cadens, neque principium habens dierum, neque finem vitae expectans: « Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil »<sup>23</sup>. Ipse est qui hominem efformavit. Hic est qui rationem fabricandas arcae monstravit: hic est qui promissionem dedit Abraham: hic est qui descendit, ut populum salvum faceret, qui Moysi legem dedit: hic est Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob, qui in prophetis locutus est, qui in novissimis diebus carnis sumpsit ex Virgine, mortalem, licet non esset ipse mortalis: infirmum, licet non esset ipse infirmus: mortui obnoxium, licet non esset ipse mortui obnoxius: visibilem, licet non esset ipse visibilis. Ipsa suspensa est, non autem ille: ipsa sepulta, non ille: ipsa humanas omnes passiones, ut homo sustinuit, non autem ille. Ille autem est virtus Dei, id est Deus. Qui cum ea quae in inferno insolubilia erant solvisset, imperiumque diaboli evertisset, ascendit eo unde descenderat, qui corpus suum a morte excitatum, postquam liberasset a morte qua detinebatur, Patri obtulit. In illo Patrem intelligimus. Una enim et ipse res est deitate, virtute, substantia, hypostasi, gloria, Dei appellatione, et in Patre Filium quoque agnoscimus. Hic est qui postquam assumpsisset carnem, Jesus appellatus est, quatenus erat homo; hoc est, assumpsit hominem in seipso, « in quo inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter »<sup>24</sup>. Illum credimus nec a Patre, nec a Spiritu sancto separatum: neque tamen dicimus Patrem descendisse, et in homine fuisse. Ita unus Deus Pater

Α ἐν τῇ ἀγίᾳ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ, εἰς ὁμοφρονεῖς μοι, ὡς ἐπὶ κρίσει Θεοῦ καὶ Χριστοῦ γράψων μοι, εἰ οὕτω φρονεῖς καθὼ καὶ ἡμεῖς, καὶ τὰ ἴσα ἐν τῇ ἀληθινῇ πίστει· ἵνα καθὼ πεποιθὸς ὦ, ἀδελφεῖταις περὶ ὧν ἀξιώεις κελεύειν μοι· καὶ τοῦτο δὲ σε χρὴ εἰδέναι, ἀγαπητῆ, ὅτι οἱ υἱοὶ τῆς ἀληθείας, ἀπαθῆ τὴν θεότητα ὁμολογοῦσι, καὶ τὴν ἑσάρκα ἐπιθεμίαν τοῦ Λόγου καὶ Θεοῦ, ὅτι τέλειον ἄνθρωπον ἀνάλαβε χωρὶς ἁμαρτίας, τὸν γεννηθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου (29), καὶ Μαρίας τῆς παρθένου, κατὰ τὰ Εὐαγγέλια· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἀμήν.

Τὸ ἐν ἀγίοις Πατέρις ἡμῶν Ἀθανασίου, ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, ἀντίγραμμά πρὸς Λιβερίου, ἐπίσκοπον Ῥώμης· ὅτι τέλειον ἄνθρωπον ἀνέλαβεν ὁ Θεὸς Λόγος ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας.

Εἷς Θεὸς ἀθάνατος, ἀόρατος, ἀφ' ἑλπίστου· Ἐνεῦμα ἢ γὰρ « ὁ Θεός, ὁ οὐτος ἀχώριστος (30), μὴ ἔχων τόπον οὗ οὐκ ἔστιν ὁ τοῦτου Λόγος, ἀθάνατος σοφία, ἀφάρτος, ἀράτος, Ἰδὸς πρωτότοκος, συνεργός, ἀναρχος, ἀφ' ἑλπίστου, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν ἔχων, μήτε τέλος ζωῆς προσοικῶν. » Διὰ τοῦτου ἐγένετο τὰ πάντα, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν. Ἀὐτὸς ὁ πλάσας τὸν ἄνθρωπον· οὗτος, ὁ τὴν κιβωτὸν δεῖξας, πῶς ἵνα γένηται· οὗτος ὁ τὴν ἐπαγγελίαν δούσ τῷ Ἀβραάμ· οὗτος ὁ καταβὰς ἐπὶ τὸ σώσει τὸν λαόν, ὁ Μωσῆ τὸν νόμον δούσ· οὗτος ὁ Θεὸς Ἀβραάμ, καὶ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ Θεὸς Ἰακώβ, ὁ ἐν προφῆταις λαλῶσας, ὁ διαβέβητος τὴν Παλαιὰν καὶ τὴν Καινὴν Διαθήκην, ὁ (31) ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν σάρκα ἐκ Παρθένου λαβὼν, θνητὴν, οὐκ αὐτὸς ὢν θνητός· ἀσθενῆ, οὐκ αὐτὸς ἀσθενής· ὀφειλομένην θανάτου, οὐκ αὐτὸς ὀφειλόμενος· ὀρατὴν, οὐκ αὐτὸς ὀρατός· αὐτῆ ἐκρημάσθη, οὐκ αὐτός· αὐτῆ ἐτάφη, οὐκ αὐτός· αὐτῆ πάντα τὰ ἀνθρώπινα πάθη ὡς ἄνθρωπος ὑπέμεινεν, οὐκ αὐτός· ἐκίνοσ ἐκ δυνάμει· Θεοῦ, τοῦτ' ἐστὶ Θεός. Ὅ τὰ ἅλута τοῦ ἔθους λύσας, καὶ τὸ κράτος τοῦ διαβόλου καταργήσας, ἀνέβη ἔθεν καὶ κατέβη· ἐγενήσας ἔκκεινο τὸ ταφῆν, προσήνεγκε τῷ Πατρὶ, ἐλευθερώσας· οὐ ἐκρατεῖτο θανάτου· ἐν τούτῳ τὸν Πατέρα νοοῦμεν, ἐν γὰρ καὶ τοῦτο τῆ θεότητι, τῆ δυνάμει, τῆ εὐσίᾳ, τῆ ὑποστάσει, τῆ δόξῃ, τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ, καὶ αὐτὸν τὸν Ἰδὸν ἐν τῷ Πατρὶ. Οὗτος ὁ μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν σάρκα Ἰησοῦς κληθεῖς, καθὼ καὶ ἄνθρωπος τοῦτ' ἔστιν, ἀνάλαβεν ἄνθρωπον ἐν ἑαυτῷ, ἐν ᾧ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος οἰκεῖ σωματικῶς. » Τούτου ἔχραμεν οὐ διακεχωρισμένον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς, ἢ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· οὐδὲ τὸν Πατέρα λέγοντες καταθετικῶς, καὶ ἐν ἄνθρωπῳ γενέσθαι. Οὕτως εἷς Θεὸς Πάτερ παντοκράτωρ παρ' ἡμῶν πιστεύεται, καὶ διὰ τοῦτο ἢ πίστις ἡμῶν ἔστιν, εἷς ἵνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτωρα, καὶ εἷς τὸν Ἰδὸν αὐτοῦ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ εἷς τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ταῦτα δὲ ἐξ ἐνώτητος μιᾶς, ὀνάμειος μιᾶς, ὑποστάσεως μιᾶς, οὐ-

<sup>22</sup> Joan. iv, 24. <sup>23</sup> Joan. i, 5. <sup>24</sup> Coloss. ii, 9.

(29) Ita Seguerianus. Editi, vero male, ἐκ Πατρὸς.

(30) Forte ἀχώριστος.

(31) Seguerianus, ἐπ' ἐσχάτου. Editi, ἐπ' ἐσχάτου.

αίας μᾶς, θεολογίας μᾶς, κυριότητος μᾶς, βασι-  
λειᾶς μᾶς· εἰκόνας τῆς Τριάδος ὁμοούσιον· « Δι' οὗ  
τὰ πάντα ἐγένετο » οὕτω καὶ σαρκὸς ἀνάστασιν πι-  
στεύομεν, τοῦτέστι, τοῦ σώματος ἡμῶν κατὰ τῆς  
ἀγίας Γραφῆς, τοῦ φθαρτοῦ καὶ θνητοῦ αὐτοῦ μετα-  
βάλλομένου εἰς ἀφθαρτὴν καὶ ἀθάνατον ὑπὸ τοῦ  
Θεοῦ. Ἀμήν.

Ita et carnis resurrectionem credimus, hoc est, corporis nostri, secundum sacras Scripturas, commutato  
eo quod corruptibile et mortale erat, in incorruptibilitatem et immortalitatem, per Deum. Amen.

*Incipit Athanasii epistola, et Ægyptiorum pontificum, ad Marcum Papam pro exemplaribus Nicæni concilii, quia Ariani eorum exemplaria incenderant.*

Domino sancto, et apostolici culminis venerando, Marco, sanctæ Romanæ et apostolicæ sedis, atque universalis Ecclesiæ papæ, Athanasius et universi Ægyptiorum episcopi.

Ad vos pervenisse non dubitamus, quanta et qualia ab hæreticis, et maxime ab Arianis, quotidie patimur. Quoniam in tantum ab eis persequimur, ut etiam vivere jam nos tædeat : nam instanti tempore, subito et insperate in nos irruentes, nosque juxta præceptum Domini, qui ait : *Si vos persecuti fuerint in unam civitatem, fugite in aliam* \* ; fugiendo propter cladem populi eos declinantes, nos compelescendo non valuerunt, sed omnia nostra depulsi sunt. In tantum etiam nostra vastaverunt, ut nec libros, nec vestimenta ecclesiastica, aliaque ornamenta, nec reliqua utensilia nobis dimiserint. Libros 599 vero nostros usque ad minimum incendentes, nec iota unum relinquentes, propter veritatis fidem, Nicænam synodum, qua clerus et populus imbuebatur, et maxime jam imbuti erant, in contumeliam nostram et omnium Christianorum, incenderunt. Quapropter precamur, Pater beatissime, quia non dubitamus apud vos plenaria esse Nicæni concilii exemplaria, ut illa nobis, quæ sanctæ recordationis prædecessoris vestri Sylvestri fuerunt, sub tanta mittatis stipulatione. Nam quando prædictæ synodo cum pontifice nostro, id est, Alexandrinæ magnæ civitatis episcopo, in diaconatus interfulmine officio, sub nostræ præsentis testimonio, per beatos viros, Victorem [Vitonem] et Vincentium presbyteros, apostolicæ sedis apocriariis, missa sunt prædicto papæ Sylvestro cum astipulatione subnexa capitulorum septuaginta. Sane præsentibus nobis, octoginta capitula in memorata tractata sunt synodo semel, et quadraginta a Græcis Græca dicta lingua, et quadraginta a Latinis, similiter dicta Latina lingua. Sed visum est trecentis decem et octo Patribus, sancto Spiritu repletis, in prædicto concilio congregatis, et maxime jam dicto Alexandro, et apostolicæ sedis apocriariis, ut decem capitula adunarentur aliis, atque congruis in locis insererentur, et ad formam septuaginta discipulorum, vel totius orbis terræ lin-

A omnipotens a nobis creditur : ideoque fides nostra est, in unum Deum Patrem omnipotentem, et in Filium ejus Dominum nostrum Jesum Christum, et in Spiritum sanctum. Hæc autem ex unitate una, virtute una, substantia una, glorificatione una, dominatione una, regno uno, imaginis Trinitatis consubstantiale : « Per quem omnia facta sunt \*\* »

guarum septuaginta, tanti et tam excellentis concilii fierent capitula, quæ omnem Christianorum informarent orbem, et omnes sub sacerdotali nomine, et Christiano degentes, una fides, et una sacerdotalis regeret norma (32), nec quisque a suo dissideret capite. Nunc ergo, quia, ut prædictum est, inimici sanctæ Dei Ecclesiæ, et maxime Ariani, a quibus quotidie expugnatur et opprimuntur, præfata septuaginta Nicæni concilii capitula quæ de præfata synodo jam facta, jubente Domino meo Alexandro, omnium episcoporum decreto attuli, quæ etiam coram omnibus recitavi atque transcripsi, sunt igne combusta ; optamus ut a vestræ sanctæ sedis Ecclesiæ auctoritate, quæ est mater et caput omnium Ecclesiarum, ea ad correctionem et recreationem fidelium orthodoxorum percipere per præsentem legatos mereamur, quatenus vestra fulti auctoritate, vestrisque precibus roborati, illæsi a memoratis æmulis sanctæ Dei Ecclesiæ et nostris, evadere, nobisque commissos eruere valeamus (33). Vere novimus apostolatus vestri cor gratia sancti Spiritus in tantum esse accensum, ut omnibus oppressis succurratis : quanto magis nobis, qui licet exigui ordinis, tamen vestri sumus, vobisque obediētes cum omnibus nobis commissis, et sumus, et esse semper volumus. Ideo decet, et oportet vos nobis hæc quæ rogamus, et alia quæ necessaria juxta sapientiam quam vobis præstitit Altissimus, esse cognoveritis, absque tarditate præstare, ut tantæ miseris æquales a fidelium mentibus detergantur, et quasi vulnus corpori inflixum, auditu tantæ miseris obserato, salutari curetur antidoto, ut divino freti juvamine, vestraque auctoritate atque auxilio roborati, adversantium tergiversationes evadere valeamus, atque inconfuso vultu, non fraude cujusquam percussis, assistere æterno judici mereamur, et vocem audire inquietam : *Euge, serpe bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Intra in gaudium Domini tui* \*\*.

Et subscriptio : Orantem pro nobis sanctum apostolum vestrum longævus Dominus conservet temporibus.

\*\* Joan. i, 3. \* Matth. x, 23. \*\* Matth. xxv, 21 25.

(32) S. Leo, ep 84.

(33) Concil. Romanum anno 724.

*Rescriptum Marci papæ, de missione capitulorum Nicœni concilii Athanasio, et omnibus Ægyptiorum episcopis.*

Dominis venerabilibus fratribus, Athanasio et universis Ægyptiorum episcopis, Marcus sanctæ Romanæ, apostolicæque Sedis et universalis Ecclesiæ episcopus.

Doleo, fratres, et nimium contristor super afflictione vestra, sed oppido consolor, quod vento agitata non estis arundo, sed recti in fide, inter omnes procellarum et turbinum afflictiones, inter omnes collectationes, incessanter perduratis. Lectis ergo fraternitatis vestræ litteris, vigorem constantiæ vestræ, quam olim noveramus, agnovimus. Congratulantes vobis, quod ad custodiendum gregem, pastorem curam vigilantes insequimini. Ne lupi, qui sub specie ovium subintrarunt, bestiali savitia simplices quasque dilacerent. Qui non ad hoc subintrarunt, ut aliqua correctione proficiant, sed ut ea, quæ sunt sana, corrumpant. Quapropter moneo et hortor dilectionem vestram, ut bonum quod cepistis, adminiculate divina gratia, usque in finem perducere satagatis, veritatis voce manente: *Beatus qui perseveraverit in finem*<sup>66</sup>. Unde enim beata perseverantia, nisi de virtute patientiæ? Nam juxta Apostolum: *Omnes qui volunt pie vivere in Christo, persecutionem patientur*<sup>67</sup>. Quæ non in eo tantum computanda est, quod contra Christianam pietatem, aut ferro, aut ignibus agitur, aut quibuscunque supplicii, cum persecutionum sævitiam suppleant, sed dissimilitudines morum, et contumaciæ inobedientium, et malignarum tela linguarum, quibus conflictationibus et communia semper membra pulsantur, ut nulla piorum portio conflictatione sit libera, ut nec periculis, nec otio careant, nec labore. Nam hæc, et omnia incrementa probabilius studiorum, et in eis usque in finem perseverantium, atque bonæ voluntatis incrementa, ad Christi gratiam semper sunt referenda, ut in omnibus quæ agimus, Deus omni perfecte laudetur tempore. De capitulorum namque veritate et numero Nicæni concilii, quibus vos interfuisse, litteris vestræ fraternitatis significastis, a nostris, qui una vobiscum interfuerunt, diligentioribus requisivimus collocutionibus. Qui ita, ut vestræ testatæ sunt litteræ, omnem nobis ordinem exposuerunt, et vestram epistolam per omnia veram esse testati sunt, non ut aliquid sinistrum vestra ex parte arbitremur, sed nos et vos, illosque absque ulla in posterum titubatione unum sentire optaremus, et sancta Romana Ecclesia, quæ semper immaculata mansit, et Domino providente, in futuro manebit, sine ulla hæreticorum insultatione, firma et immobilis omni tempore persistet. His itaque peractis, diligenter requirentes, in sancto nostræ et apostolicæ sedis

A scrinio, eadem quæ sanctæ recordationis prædecessori meo Sylvestro sunt directa, septuaginta, sicut significastis, capitula invenimus. Ipsa autem vobis, propter auctoritatem et subscriptionem tantorum Patrum, et ejus magni concilii, minime misimus, sed per eadem, coramque apocrisiariis vestris, alia similia, eundem numerum, eademque verba, et ipsam subscriptionem continentia, vobis rescribere, et sub 600 certa stipulatione et confirmatione mittere curavimus. Et quis est qui fratribus talia negare audeat? Nam non neganda nobis hæc sancti Spiritus dona Dominus docuit, sed fideliter exercenda, et fratribus contradenda, et docenda distribuit (54). Hæc apostolorum viva traditio, hæc est vera charitas, quæ prædicanda est, et præcipue diligenda ac fovenda, atque fiducia inter ab omnibus tenenda: hæc sancta et apostolica mater omnium Ecclesiarum, Christi Ecclesia, quæ per omnipotentis Dei gratiam a tramite apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæreticorum novitatibus depravanda succubuit; sed ut in exordio normam fidei Christianæ percepit ab auctoribus suis apostolorum Christi principibus, illibata fine tenet manet, secundum ipsius Domini Salvatoris divinam pollicitationem, qui suorum discipulorum principi in suis fatus est Evangelii: *Petre, inquam, ecce Satan expetivit ut cribraret vos, sicut qui cribrat triticum: ego autem pro te rogavi, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos*<sup>68</sup>. Consideret itaque vestra excellens prudentia, quam bonum sit persistere in dispensatione vobis credita, et in fide recta, atque hæreticis et æmulis Christi repugnare, et nunquam a veritatis tramite declinare. Quoniam Dominus et Salvator omnium, cujus fides est, qui pro nobis mori non dubitavit, et proprio nos suo sanguine redemit, qui fidem beati Petri non defecturam promisit, et confirmare eum fratres suos admonuit. Quod apostolicos pontifices meæ exiguitatis prædecessores confidenter fecisse, semper cunctis est cognitum. Quorum et pusillitas mea, licet impar sit et inflata, pro suscepta tamen divina dignatione, ministerio pedisequa cupit existere. Væ enim erit nobis, qui hujus ministerii onus susceptum habemus, si veritatem Salvatoris nostri Jesu Christi, quam apostoli prædicaverunt, prædicare neglexerimus. Væ etiam erit nobis, si silentio veritatem oppresserimus, qui erogare nummulariis jubemur, id est, Christianos populos imbucere, et docere. Quid in ipsius Christi futuro dicturi sumus examine, si sermonis ejus veritatem confundimur prædicare? Quid erit de nobis, cum de commissis nobis animabus, et de officio susce-

<sup>66</sup> Matth. xxiv, 13. <sup>67</sup> II Tim. iii, 12. <sup>68</sup> Luc. xii, 31, 52.

(54) Agathu ad Const. Augustum, act. 4 concilii vi gen.

pto, rationem justus iudex Christus Deus distri- A  
ctam egerit? Ideo, fratres, hortor dilectionem ve-  
stram, obtestor, et moneo, ut qua debetis solli-  
citudine, vigiletis ad investigandos hæreticos. et  
inimicos sanctæ Dei Ecclesiæ, et a suis mentibus  
ne pestis hæc latius divulgetur, severitate qua  
potestis, pro viribus extirpetis. Quantum enim  
habebit a Deo dignæ remunerationis præmium,

*Epistola increpatoria Julii papæ ad Orientales episcopos, pro causis Athanasii, et excessibus contra  
Romanam Ecclesiam.*

Venerabilibus fratribus universis Orientalibus  
episcopis, Julius.

Decuerat vos, fratres, alios ecclesiasticis in-  
struere disciplinis, et non talibus arguere machi- B  
namentis, dicente Domino: *Neminem concutiatis,  
neque calumniam faciatis* <sup>61</sup>, et reliqua. De qua re  
apostolus Paulus nos instruit, dicens: *Prores, si  
præoccupatus fueris homo in aliquo delicto, vos qui  
spirituales estis, instruite hujusmodi in spiritu levi-  
tatis, considerans teipsum, ne et tu teneris* <sup>62</sup>, et  
reliqua. Et alibi Petrus apostolus ait: *Omnes una-  
nimes in oratione estote, compatientes, fraternitatis  
amatores, misericordes, modesti, humiles, non red-  
dentes malum pro malo, vel maledictum pro maledi-  
cto, sed econtrario benedicentes, quia in hoc vocati  
estis, ut benedictionem hæreditate possideatis. Qui  
enim vult vitam diligere, et videre dies bonos, coerceat  
linguam suam a malo, et labia sua ne loquantur  
dolum. Declinet a malo, et faciat bonum, inquirat C  
pacem, et persequatur eam, quia oculi Domini super  
justos, et aures ejus in preces eorum. Vultus autem  
Domini, super facientes mala* <sup>63</sup>. Quid pejus est,  
fratres, quam quod sacerdotes Domini, qui ab omni  
mala coinquatione, et a nocumento omnium Chri-  
stianorum alieni debent existere, quanto magis a  
fratrum et coepiscoporum insidiis, quos tueri et  
sublevare debent, quos fovero et diligere summo-  
pere oportet, persequuntur eos, ejicere et con-  
muni re privare decernant? Nec recordamini Sa-  
pientiam, quæ ait: *Perversæ enim cogitationes sepa-  
rant homines a Deo* <sup>64</sup>, quanto magis opera iniqua?  
Quid enim nequius est, quam ut illos, de quibus  
Dominus ait: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi  
mei* <sup>65</sup>, quisquam evertere, persequi, destruere D  
nitatur? Probata autem virtus portat, protegit, et  
consolatur oppressos, et docet insipientes. Est  
enim testis humani cordis, scrutatorque verus singu-  
larum conscientiarum, et linguarum singularum ar-  
dior, et hoc quod continet omnia scientiam habet  
vocis <sup>66</sup>. Et alias idem ipse ait: *Deus charitas est.  
In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Fi-  
lium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut  
vivamus per eum. In hoc est charitas, non quasi nos  
dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit  
nos, et misit Filium suum proptionem pro pec-*

*catis nostris. Charissimi, si Deus dilexit nos, et nos  
debemus invicem diligere. Deum nemo vidit unquam.  
Si diligamus invicem, Deus in nobis manet, et cha-  
ritas ejus in nobis perfecta est. In hoc intelligimus  
quoniam in eo manemus, et ipse in nobis, quoniam  
de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus, et testi-  
ficamur, quoniam Pater misit Filium suum Salva-  
torem mundi. Quisquis confessus, quoniam Jesus est  
Filius Dei, Deus in eo manet, et ipse in Deo. Et nos  
cognovimus, et credidimus charitati, quam habet  
Deus in nobis. Deus charitas est, et qui manet in  
charitate, in Deo manet, et Deus in eo. In hoc per-  
fecta est charitas nobiscum, ut fiduciam habeamus  
in die iudicii, quia sicut ille est, et nos sumus in  
hoc mundo. Timor non est in charitate, sed perfecta  
charitas foras mittit timorem, quoniam timor penam  
habet. Qui autem timet, non est perfectus in cha-  
ritate. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus  
prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo  
Deum, et fratrem oderit, mendax est. Qui enim non  
diligit fratrem suum, quem videt, quomodo Deum,  
quem non videt, potest diligere? Et hoc man-  
datum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, di-  
ligat et fratrem suum* <sup>67</sup>. Nam ipsa Sapientia  
ait: *Lingua sapientium ornat scientiam, **601**  
os saturorum ebullit stultitiam. In omni loco oculi  
Domini contemplantur bonos et malos. Lingua  
placabilis, lignum vite: quæ autem immodera-  
ta est, conteret spiritum. Domus justi, plurima  
fortitudo, et in fructibus impij conturbatio. Labia  
sapientium disseminabunt sapientiam, cor stultorum  
dissimile erit. Vicinæ impiorum abominabiles sunt  
Domino, vota justorum placabilia. Qui sequitur ju-  
stitiam, diligitur a Domino* <sup>68</sup>. Item alibi: *Labia  
justi considerant placida, os impiorum perversa.  
Simpliciter justorum dirigit eos, et supplantatio per-  
versorum vastabit illos. Justitia rectorum liberabit  
eos, et in insidiis suis capiuntur iniqui. Justus de an-  
gustia liberabitur, et tradetur impius pro eo. Simu-  
lator ore decipit amicum suum, justi autem libera-  
buntur scientia. In bonis justorum exaltabitur civitas,  
et in perditione impiorum erit laudatio. In benedi-  
ctione justorum exaltabitur civitas, et in ore impio-  
rum subvertetur* <sup>69</sup>. Nec consideratis, qui fratres  
persequi non cessatis, qualia Job patientissimus  
inter cætera exorsus, loquitur: *Auris audiens bea-*

<sup>61</sup> Luc. iii, 14. <sup>62</sup> Galat. vi, 1. <sup>63</sup> I Petr. iii, 8-12. <sup>64</sup> Sap. i, 3. <sup>65</sup> Zach. ii, 8. <sup>66</sup> Sap. i, 6, 7. <sup>67</sup> I Joan. iv, 9-21. <sup>68</sup> Prov. xv, 2-9. <sup>69</sup> Prov. x, 32; xi, 5-11.

*tificabat me, et oculus videns testimonium reddebat mihi, eo quod liberasset pauperem vociferantem, et pupillum, cui non esset adjutor. Benedictio perituri super me veniebat, et cor viduæ consolatus sum; justitia indutus sum, et vestivi me sicut vestimento et diademate, iudicio meo. Oculi sui cæco, et pes claudo. Pater eram pauperum, et causam quam nesciebam, diligentissime investigabam. Conterebam molas iniqui, et de dentibus illius conferebam prædam<sup>70</sup>. Et paulo post: Si negavi, inquit, quod volebant, pauperibus, et oculos viduæ expectare feci. Si comedi buccellam meam solus, et non comedi pupillum ex ea, quia ab infantia mea crevit mecum miseratio, et de utero matris meæ egressa est mecum<sup>71</sup>. Nam, si quis hæc recto omnia consideraverit oculo, nequaquam fratres nocere, sed liberare festinabit. Quia nihil deterius est, quam cives civibus invidere, et fratres fratribus insidiari, aut calumnias facere. Talibus enim suffragari volentes insidiosi sancti, synodum congregaverunt generalem in Nicæa, vitam corrigere hominum cupientes in Ecclesia commorantium. Licet dudum instituta sanctorum Patrum multa essent conscripta, posterunt leges, quos sacros canones appellamus, quibus multa pernecessaria ad statum Ecclesiæ sanctæ Dei, et supplementum columnarum ejus, id est, episcoporum, qui eam propriis humeris gestant, ut qui talia tentaverint, aut eis nocere præsumperint, si quidem clerici fuerint, e proprio gradu decident. Si vero monachi aut laici fuerint, anathematizantur. Quibus armati exemplis, oportere arbitrati sumus ab omnipotente Deo inspirati, ut hanc accensam discordiæ flammam extinguere debeamus, apostolica auctoritate, et non concedere eam ulterius animas deprecari humanas. Quapropter una cum omnibus apostolicæ subjectis Regulæ sancimus, ne quisquam deinceps Christianorum talia perpetrare, aut episcopis talia asserere nocumenta, temere præsumat, cum Doctor gentium id ipsum prohibeat, dicens: Seniores ne increpaveris, sed obsecra ut patrem<sup>72</sup>, et reliqua. Bonum est namque procul dubio, et omnibus timentibus Deum desiderabile, cohibere dissensiones et altercationes, fratribus subvenire, et invicem non invidere, sed adjuvare. Audiat, inquit, jam dicta in Nicæa civitate synodus, ut et ego ipse conscientie meæ cultum decenter exhibui, nihil aliud volens, quam concordiam omnibus fabricare, et præcunctis arguere, et removere hanc insidiantium altercationem. Quas prævidentes sancti Patres insidias et altercationes, unanimiter in prædicta Nicæna statuerunt synodo, ut nullus episcopus, nisi in legitima synodo, et suo tempore apostolica auctoritate convocata, super quibusdam criminationibus pulsatus audiat, id est, iudicetur, vel damnetur. Sin*

*aliter præsumptum a quibusdam fuerit, in vanum deducatur quod egerint, nec inter ecclesiastica ullo modo reputabuntur.*

1. Ipsi vero primæ sedis Ecclesiæ, convocandarum generalium synodorum jura et judicia episcoporum, singulari privilegio evangelicis, et apostolicis, atque canonicis concessa sunt instituti, quæ semper (56) majores causæ ad sedem Apostolicam multis auctoritatibus referri præceptæ sunt. Nec ullo modo potest major a minore judicari. Ipsa namque omnibus major et prælata est Ecclesiæ. Quæ non solummodo canonum, et sanctorum Patrum decretis, sed Domini Salvatoris nostri voce, singularem obtinuit principatum. Tu es (inquiens) Petrus, et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam<sup>73</sup>, et reliqua. Et quæcumque ligaveris super terram, et solveris, erunt ligata et soluta in caelo, et in terra<sup>74</sup>.

2. Porro dudum a sanctis apostolis, successoribusque eorum, in præfatis antiquis statutis decretum fuerat (56), quæ hæc tenet sancta et universalis apostolica tenet Ecclesia, non oportere præter sententiam Romani pontificis concilia celebrari, nec episcopum damnari, quoniam sanctam Romanam Ecclesiam primatem omnium Ecclesiarum esse voluerunt. Et sicut beatus Petrus apostolus primus fuit omnium apostolorum, ita et hæc Ecclesia suo nomine consecrata Domino instituta, prima et caput sit cæterarum: et ad eam, quasi ad matrem atque apicem, omnes majores Ecclesiæ causæ, et judicia episcoporum recurrant, ejusque juxta terminum sumant sententiam. Nec extra Romanum quidquam ex his debere decerni pontificem, quatenus non ita proterve, et pro libitu cuiquam suo proprio arbitrio quibusque metropolitanis sicut agere solebat, liceat inconsulto Romano pontifice, aut majores Ecclesiæ causas deturbare, aut episcopos damnare; sed communi sanctæ Romanæ sedis episcopi consilio, et concordii actione, quæque sunt Christi zelo agenda, disponent unanimiter, recteque sentiant, et ea quæ senserint, non nobis sibi in discrepando, sed Deo placita perficiant.

3. Est etiam in jam facta Nicæna synodo concorditer statutum, ut accusatores et accusationes, quas sæculi leges non admittunt, a sacerdotali funditus avertantur nocumento. Ecce, inquit Propheta, quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum<sup>75</sup>. Illi vero non in unum habitant, qui a fratre suo solatio subtrahunt, aut fratribus insidias præparant. Non aliter, fratres, vos patiamini peccato gravari, quia quod necesse est, nos dicere venemur, id est, ne cujus religio dissipatur, indignatio provocetur. Præ oculis habete, et tota mentis acie reverenter aspiciate, beati Petri gloriam, et cum ipso commu-

<sup>70</sup> Job xxxix, 44-47.<sup>71</sup> Job xxxi, 16-18.<sup>72</sup> I Tim. v, 1. <sup>73</sup> Matth. xvi, 18. <sup>74</sup> ibid. 19.<sup>75</sup> Psal. cxxx, 1.

nes omnium apostolorum coronas, cunctorumque A  
martyrum palmas, qui pro fratrum non destru-  
ctione, sed confirmatione et veritate in Christo  
passi sunt.

4. Nos ergo, qui Domini discipuli, et dici, et esse  
volumus, portare crucem Christi, et compati fratri  
debemus, et non persequi. Subtrahite, rogamus,  
actus cogitationesque a talibus nocentis, si non  
vultis ipsam suscipere in vos ultionem, quoniam  
talionem meretur, qui fratri foveam præparat. Et  
vos scitote deinceps hunc (37) typhum non esse  
passuros, ut ea, quæ ad hanc specialiter sanctam  
pertinent sedem, sicut judicia episcoporum, et ma-  
jores causas, ut paulo superius prælibatum est, vos  
patianini nobis inconsultis invadere absque vestri  
status periculo. Sed si quis ab hodierna die, et  
deinceps 602 episcopum præter hujus sanctæ se-  
dis sententiam damnare, aut propria pellere sede  
presumpserit, sciat se irrecoverabiliter esse da-  
mnam, et proprio carere perpetuo honore. Eos-  
que qui absque hujus sedis sunt ejectione sententia,  
vel damnati siue hujus sanctæ sedis auctoritate,  
scitote pristinam recipere communionem, et in pro-  
priis restitui sedibus. Quoniam et prius a tempore  
scilicet apostolorum hæc huic sanctæ sedi concessa  
sunt. Et postea in memorata Nicæna synodo, pro-  
pter pravorum hominum infestationes, atque hæ-  
reticorum persecutiones, et insidiantium molimina  
fratrum, sunt concorditer ab omnibus corroborata,  
ut magis singuli provideant, ut talia audeant per-  
petrare; et caveant, si non propter Dominum et  
amorem fratrum, tamen propter opprobrium ho-  
minum ruborem suum, atque canonicam ultionem,  
saltem hæc timore et verecundia compressa silen-  
tio comprimantur, amputato scilicet totius (38)  
usurpationis excessu. Quia nullus debet præsumere  
quæ sibi non videntur esse concessa. Quan-  
cumque potuissetis nullo modo incidere, si unde con-  
secrationem honoris accepitis, inde legem totius  
observantæ sumeretis. Et beati Petri apostoli sedes,  
quæ vobis sacerdotalis mater est dignitatis, esset  
ecclesiasticæ magistra rationis. Unde, sicut nos  
multum ea quæ vobis pie recteque sunt acta, læti-  
ficant, ita nimium ea quæ sunt perperam gesta,  
contristant. Quoniam necesse est, post multarum  
talium experimenta causarum, hæc in posterum  
solicite prospici, et diligentius præcaveri, quate-  
nus ea quæ sunt ab apostolis eorumque succes-  
soribus statuta, nulla desidia negligantur, nulla  
dissensio violenter, nulla concertatione turben-

tur. Nam, sicut in uno corpore membra nulla habet-  
mus, omnia autem membra non eundem actum ha-  
bent, ita multi unum corpus sumus in Christo. Singuli  
autem, alter alterius membra<sup>74</sup>. Contextio totius  
corporis, unam sanitatem, unam pulchritudinem  
facit. Et hæc quidem contextio totius corporis una-  
nimitatem requirit, sed præcipue exigit concordiam  
sacerdotum. Quibus etsi dignitas communis non  
est, tamen ordo generalis est. Quoniam et inter  
beatissimos apostolos, in similitudine honoris fuit  
quædam discretio potestatis, et cum omnium par  
esset electio, tamen datum ut cæteris præemi-  
neret. De qua forma episcoporum, quadam exorta  
est distinctio, et magna ordinatione provisum est,  
ne omnes sibi omnia vindicarent, sed essent in  
singulis provinciis singuli. Quorum inter fratres  
haberetur prima sententia, et rursus quidam in ma-  
joribus urbibus constituti, sollicitudinem ejus susci-  
peret amplio, per quos ad unam beati Petri  
sedem, universalis Ecclesiæ cura conflueret, et  
nihil usquam a suo capite dissideret. Qui ergo scit  
se quibusdam præpositum, non melesse ferat ali-  
quem sibi esse prælatum, sed obedientiam, quam  
exigit, etiam ipse rependat. Nolite itaque errare,  
fratres mei dilectissimi; doctrinis variis et extraneis  
nolite abduci<sup>75</sup>, at instituta apostolorum et apo-  
stolicorum virorum, cautesque habentes, his  
fructumini, his circumdemi, his delectemini, his  
armemini, ut his freti, circumdati, delectati, arma-  
ti, contra cuncta inimicorum jacula resistere  
valeatis. Satis enim indignum est quemquam vel  
pontificum, vel ordinum subsequentium hanc regu-  
lam refutare, quam beati Petri fidem valeat et sequi  
et docere. Multum enim convenit ut totum corpus  
Ecclesiæ in hac sibi met observatione concordet,  
quæ inde auctoritatem habet, ubi Dominus Eccle-  
siæ totius posuit principatum, dicente Scriptura:  
Ordinavit in me charitatem<sup>76</sup>. Et item: Omnia  
cum ordine fiant<sup>77</sup>. Verumque Psalmista prædi-  
caute: Circumdate Sion et complectimini eam;  
narrate in turribus ejus. Ponite corda vestra in  
virtute ejus, ut enarretis in progenies alteras: quoniam  
hic est Dominus Deus voster in æternum, et  
ipse reget nos in sæcula<sup>78</sup>. Officii enim nostri con-  
sideratione, non est nobis dissimulare, non est  
tacere liberum, quibus major eunctis Christianis  
religionis zelus incumbit, ne per taciturnitatem,  
aut favere, aut consentire videamur fratrum no-  
cumentis. Datum Kaleudis Octobris, Feliciano et  
Maximiano, viris clarissimis, consulibus.

<sup>74</sup> Rom. XII, 4, 5. <sup>75</sup> Hebr. XIII, 9. <sup>76</sup> Cant. II, 4. <sup>77</sup> I Cor. XIV, 40. <sup>78</sup> Psal. XLVII, 13-15.

(37) Africani PP. in ep. ad Bonifacium.

(38) S. Leo, ep. 84.

*Epistola Orientalium ad Julium papam causantium quod in communionem receperit Athanasium, et ceteros quos ipsi damnaverant.*

Domino beatissimo, et honorabili Patri Julio, A eligitis, tunc liquet, quod nos perdere vultis, et apostolicæ sedis venerabili episcopo, Eusebius, Theogonius, (59) Theodorus, et Berinthus, una cum reliquis fratribus et coepiscopis nostris in Antiochia congregatis.

(40) Licet circa omnes Ecclesiam Romanam sciamus esse muniticam, et apostolicam habere curam, et matrem semper existere pietatis, quam ab Oriente ad eam prædicatores pietatis advenerunt, tamen optarem vos nobiscum concordare, et quos a comunione suspendimus, a vobis esse suspensos. Et quos in ordine confirmamus episcoporum, a vobis esse firmandos, nec nos secundo loco habendos cum iis qui ex his partibus ad vos usque dogmatizantes apostoli pervernerint. Nec enim nos vobis reluctati sumus, quamvis hoc agere potuissemus, quando Novatianus a Romana pulsus est Ecclesia. Quoniam, uti juxta vulgarem consuetudinem loquamur, inimicitias querit omnis qui vult recedere ab amico <sup>61</sup>. Nec crimine carere potest, qui alterius excommunicationem absque ejus licentia, a quo communio est privatus, in communionem susceperit, canonicus semel jubeantibus, excommunicatus ab aliis, ab aliis non suscipiatur, viventibus illis, a quibus communio privatus esse dignoscitur. Nec solum in his nobis contumeliam irrogatis, sed etiam in his quedam consilia nostra dissolvitis, neque ea recte definitis esse. Sunt namque a nobis, et maxime a totius Orientis episcopis damnati, Athanasius Alexandrinus, Paulus Constantinopolitanus, Marcel- C  
 C Anciræ, Asclepius Gazæ, Lucianusque [Lucius] Adrianopolites, pro certis criminibus, quibus adversarii sunt apud nos inscripti, quæ per præsentem hujus epistolæ latores omnia sub certa relatione vestre innotescere non omitimus sanctitati. Quibus agnitis, si nostris placitis magis quam eorum machinationibus assentire, et ordinatos episcopos in damnatorum loco firmare eligitis, pacem vobiscum, et communionem habere volumus. Si vero aliter egeritis, et eis amplius quam nobis consentire **603** judicaveritis, contraria celebrabimus, et vobiscum deinceps nec congregari, nec vobis obedire, nec vobis vestrisque favere volumus, sed per nos quidquid melius elegerimus agere conabimur. Nam nullus est in hac parte terrarum etatens, qui ignoret prædictorum volumina seductorum. Propter eos enim multa sunt mala peracta, multa concilia diversis et asperis temporibus celebrata, multæ seductiones, multæ machinationes, multa nobis opprobria illata, et alia multa, quæ enumerare perlongum est. Nam, si his consentire

non ut pater filios fovere. Dicunt enim et affirmant, tam cives istorum, quam consacerdotes eorum, hos fovere vos velle, homicidas, sacrorum templorum eversores, virginum stupratores, sacrorum librorum incensores, sacrarumque vasorum, et ceterorum sacrorum ministeriorum fraudatores, officiorum neglectores, imperatorum infidos, gentis et patriæ proditores, et inter sacerdotes maximam generantes discordiam, eo quod substantia- litatis vocem, quæ scripta non invenitur in fidei doctrina, posuerunt. Quid plura enumerare necesse est, cum propter eos nobis, et cunctis regionis hujus habitatoribus scientibus, tanta cædes hominum sit perpetrata, ut amplius quam mille homines sint prostrati? Talibus autem favere, quid aliud est, quam sceleribus eorum consentire? Cum sacra S.riptura hæc prohibeat, dicens: *Non solum qui faciunt culpabiles existunt, sed etiam qui consentiunt facientibus* <sup>62</sup>. Talibus enim vos obistere totis viribus optimum, ne involvamini peccatis eorum, ne excommunicationem eorum suscipiatis. Tales enim a vobis procul abjicite, ne propter acimositatem populi, sacrilega dissensione dispereant, itaque optimum vos improbis probe resistere. Quapropter si neglexeritis deturbare perversos, liquet quod eorum protegatis errorem. Nec vero caret scrupulo societatis occultæ, qui manifeste facinoribus desinit obviare. Decet enim vos ad arguendam proterviam eorum, linguam vestram exacuere, et velut venenosos a vobis repellere, ne eorum veneno vos, vestrique in aliquo sauciemini. Sufficiant hæc vobis querimonie contra eos delatæ, quoniam derelinquet nos tempus, secundum quod ait Apostolus, si voluerimus omnium obloquentium oblatas contra eos producere querelas, maxime cum hæc nobis sufficiant, quæ superius dicta sunt. Nec nobis necesse iterum eorum divulgare mala, cum ipsa per se prodeant, et maxime omnes orientales testes super eorum malis existant. *In ore enim, juxta quod scriptum est, duorum vel trium testium stabit omne verbum* <sup>63</sup>. Quanto magis in multitudine tantorum sacerdotum, populorum, abbatum, vel monachorum, et scripto et voce contra horum D  
 D privitatem quotidie acclamantium? Nos vero diu expectavimus eos, per multam patientiam, ut facerent uvæ, sed illi e contrario fecerunt labruscas. Vos ergo non optimum de cætero negligere, et differre tales, ne (quod absit!) memorata crimina eorum submittimini irrationabiliter episcopos ponentes. Ipsi enim, nisi cito corrigentur, juxta quod beatus Apostolus protestatur, *Secundum duriti-*

<sup>61</sup> Prov. xviii, 1. <sup>62</sup> Rom. 1, 52. <sup>63</sup> Matth. xviii, 16.

(59) Theodorus Perinthius.

(40) Hæc ex *Historia tripartita*.



eorum, et cor impenitentis thesaurizant sibi iram in die iræ, et revelationis justitiam Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus <sup>99</sup>. Qui corrigendi sunt, per temporalem delectationem, et per mendacia, atque figmenta sua, vobis eis assensum præbentibus, æterna perdet præmia, quæ per veram penitentiam consequi possunt. Nec hæc quæ prædicta sunt solummodo Athanasio et sequacibus ejus irrogamus, sed etiam, quod contra regulam egerit, quam nos decreveramus. Quia non decreto communis concilii episcoporum recepit sacerdotium, sed sibimet arrogando, Ecclesiam fuit ingressus, et in sede resedit, cum dudum decretum fuisset nullum a pauciore numero restitui debere, quem depositum fuisse constaret. Deinde, quoniam ejus adventu sit turba commota, plurimique seditione sint mortui, et non solum hæc per eum et

A propter eum sint peracta, sed etiam quidem a jam dicto Athanasio casi, iudicibus dicuntur esse contra dicti. Hæc, et alia innumerabilia sunt ab eo suisque sequacibus impudenter perpetrata, quos excommunicatos, communioni, ut audivimus, contra regulam in contumeliam omnium Orientalium sociastis. Præfatio itaque debita salutationis officio propter beati Petri honorem, impense postulamus, ut deinceps ad vestras hinc venientes aures non tam facile admittatis. Neque a nobis excommunicatos ultra velitis excipere, ne canonum transgressores inveniamini, sed magis salva fraterna charitate, erratum hoc in posterum minime patiamini. Et subscriptio: Orantem pro nobis apostolorum vestrum Dominus ævo custodiat longiore, beatissime Pater. Amen.

*Rescriptum Julii papæ contra Orientales pro Athanasio et ceteris.*

Julius sanctæ Romanæ et apostolicæ Ecclesiæ episcopus, Eusebio, Theogonio, Theodoro, Berintho, et cæteris Orientalibus episcopis.

(41) Decuerat vos adversus sanctam Romanam et apostolicam Ecclesiam, limare, et non ironice loqui. Quoniam et ipse Dominus noster Jesus Christus eam decenter allocutus, ait: Tu es, inquit, Petrus, et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalent adversus eam, et tibi dabo claves regni celorum <sup>99</sup>. Habet enim potestatem singularem privilegio sibi concessam, aperire et claudere januas cælestis regni, quibus voluerit. Nam si ei detrabere, quæ Domini ore sacrata, atque desuper exaltata est, non timuistis, nec mirum si fratribus irrogare injurias minime cessastis. Unde jam silentio non teguntur, quæ vestro concilio turbulento, atque cum potestate decreta sint. Apparet enim, quoniam quadam tumultuosa indisciplinatione veritas est oppressa. (42) Vobis quippe non considerantibus quæ placent Deo, propter jurgia, quæ contra proximos vestros habetis, vota vestra inevitabilia esse contenditis. Sed erit opus divinæ providentiæ, quatenus e contrario a parte depreheusa possint evacuari. Et quidquid illic convenientes, sine ulla qualibet gratia, odio, aut inimicitiarum causa assistis, funditus repelli. Quapropter, cum omni festinatione vos omnes ad hujus sanctæ sedis reverentiam volo concurrere, quatenus gestorum apud vos integritatem per vos ipsos possitis ostendere. Nam nec dubitare vos credo Athanasium, sacræ legis doctorem, non solum a nobis, sed etiam a Nicæna synodo, veræ fidei <sup>604</sup> cultorem esse comprobatum. Qui defuncto Alexandro mirabili senes, qui Arii prostraverat blasphemias, post quinque menses Nicæni concilii, Alexandriorum Ecclesiæ

suscepit præsulatum. Adversus quem ejusque sectatores, multa mendacia texentes, et nudas valde calumnias, quasi veras accusationes componentes, nobis multoquin malorum cum causam, tum caput esse perhibuistis. Et non solum apud Ægyptum, sed etiam apud Palestinam et Phœnicem, vicinasque gentes scriptis vestris illam perturbationem esse significastis. Qua de re ecclesiasticam sequentes regulam, vos et illos, Romæ regulariter ad iudicium die statuta, non sub angusto temporis spatio, ut excusatio locum non inveniat, litteris et apocriphariis evocavimus. Illique vocatione suscepta, ad diem præstitutum venire. Sed vos, ne vestris mendaciis caperemini, vestraque calumnia enudaretur, venire distulistis. Nec his machinationibus solummodo contenti estis, sed etiam videntes oves pastoribus desolatas, lupos pro pastoribus super eos posuistis. Decuerat ergo ut ad regularem veniretis vocationem, quo de his et de aliis vestris præsumptionibus redderetis rationem. Quoniam occurreret veritas, si falsitas displiceret. Et nullus dubitat quod ita iudicium nocens subterfugit, quemadmodum qui est innocens, ut absolvatur, requirit. Nec suspicione caret, qui alium calumniis objurgat falsa dixisse, cum ipse ad iudicium, ut probet quæ intulit, evocatus venire distulerit. Vellem enim vos magis ad jam dictam convenire vocationem, ut coram universali concilio redderetis rationem, cur synodum ad statum Ecclesiarum et fratrum in Antiochia subvertendum, et Nicæni magni concilii destructionem fecistis, aut cur nobis inconsultis episcopos ad eam convocastis, ad quam nec Maximus Hierosolymitanus venit, nec nostra interfuit legatio. Canonibus quippe in Nicæna synodo jubentibus, non debere præter sententiam Romani pontificis, ullo modo

<sup>99</sup> Rom. 11, 5, 6. <sup>604</sup> Matth. xvi, 18, 19.

(41) Hæc ex *Historia tripartita* hinc et inde excerpta.

(42) Hæc fere ad verbum in cp. Constantini apud Athan.

concilia celebrari, nec episcopos damnari. Aut cur in prædictorum loco fratrum alios adulteros posuistis, antequam penes nos, aut apocriarios nostros, eorum causa canonicè esset examinata, finemque perciperet rectum. Isti enim, qui ad memoratam regulam venerunt, vocationem videntes vos a prædictis subtrahere calumniis, multa adversus vos lacrymabilia et doloribus plena referunt. Accusantes vos et dicentes, multa se importabilia a vobis esse passos, Vos ergo refugientes venire, illosque perseverantes in vera ratione, suasque calumnias reclamantes, super quibus et Ægyptiorum episcopi litteris nobis missis protestantur suis, falsa esse, quæ contra Athanasium, suosque sectatores machinantur, cunctaque Ariariorum machinata blasphemias. Talibus namque figmentis liquet eos esse inculpabiles, vosque culpabiles: quia si de vera consideratis innocentia, nullo modo a jam dicta vos canonica subtraheretis evocatione, quæ non subito, sed spatiosè denunciata est: sed omni subducta apologia, absque tardatione venire, et causas reddere festinaretis. Quibus ita gestis, scripsi vobis, et omnibus qui in Antiochia contra apostolicam canonicamque regulam nobis inconsultis fueratis, arguens vos primum de injuriis litterarum, demum cur Athanasium: vosque consecutores ad vestrum concilium convocassetis; canonibus semel præcipientibus, nihil extra Romanum decerni pontificem; cui hæc, et majora Ecclesiarum negotia, tam ab ipso Domino, quam ab omnibus universorum conciliorum Patribus specialj sunt, et jam dictum est, privilegio tradita. Vobis ergo refugientibus, et ad concilium toties convocatis adesse nolentibus, illis quoque in sua reclamazione, et justa ratione persistentibus, vestraque cognoscentes crimina, et illorum justam examinantem rationem, omnesque eos Nicæo concilio cooperantes, et nostris apostolicis jussionibus obtemperantes, visum est nobis, ac universo concilio, ut nos divinis præceptis, et apostolicis monitionibus informati, qui pro omnium Ecclesiarum statu impigro vigilare debemus effectu, si quidquam reprehensionis usquam invenitur obnoxium, celeri sollicitudine ab ignorantia imperitia aut a præsumptionis usurpatione revocemus.

I. His taliter consideratis atque discretis, tanquam omnium curam gerentes, propter sedis propriæ dignitatem, suscepimus eos in orationem, singulisque cum auctoritate hujus sanctæ sedis rebus, proprias reddidimus Ecclesias, (43) quoniam huic sanctæ sedi, propter privatorem hominum insidias, ipso Domino instituyente, et sanctis apostolis, eorumque successoribus per singula concilia roborantibus, hoc semper licuit, licetique, Domino auxiliante, in perpetuum, Unde, qui scit se aliis esse præposi-

Atum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum, sed obtemperantiam, quam ab aliis requirit, gratis et ipse recipiat. Quapropter increpando vobis scribo. Quia non recte tractastis viros inculpatores, et a nobis minime examinatos de suis Ecclesiasticæ disciplinæ injuriis irrogantes, constitutumque Niceni concilij minime servantes, talia indiscipline agere non formidastis. Idcirco, quoniam dudum venire vocati renuistis, modo ad certum diem, id est, xv Kal. Novembris, vos iterum regulariter litteris, missisque evocamus, ut coram vobis ostendamus nos justam in eos protulisse sententiam, et de cætero non talia esse passuros. Est etenim in antiquis Ecclesiæ statutis decretum.

B ut qui aliena invadit, non exeat impunitus, sed cum multiplicatione restituat. Unde et in Evangelio scriptum est: *Quod si aliquid defraudaverit, reddat quadruplum* 66. In lege quoque cautum est: *Maledictus omnis, qui transfert terminos proximi sui, et dicit omnis populus* 67. Amen. Quare miror vos tam audaces esse, et tam imprudenter egisse, et terminos, ac jura beati Petri apostolorum principis invasisse. Sui enim, ut paulo superius comprobatum est, juris erat, ut absque ejus sanctæ sedis auctoritate nullus deberet ut concilia celebrare, aut episcopos ad synodum convocare, vel damnare eos, aut propriis pellere scilicet, aut alios in eorum loco ordinare, quæ omnia vos temerare non timuistis. Quid ergo aliud est talis presumptio, nisi quod apostolorum suorumque successorum decreta transgredi, et maledictionem superius comprehensam, in lege semel cautam, quam populus uno ore, consonaque responsione per *amen*, id est fiat, confirmavit, suscipere non timuistis? Necnon, ut reor, talibus transgressionum funiculis stricti, nostrum, ne vestra proderentur flagitia, examen declinastis, et ad supradictam vocationem venire distulistis. Sane manifestum est, suum eos confiteri crimen, qui toties evocati absque inevitabili causa venire distulerunt, et purgandi se voluntate non utuntur. Nam si de vestris dictis confideretis, etiam in faciem probare non distulissetis. Tales insidiatores spiritu prævidentes sancti Patres in Nicæa congregati, leges statuerunt, quas nos canones appellamus, ne facile probi ab improbis damnarentur. Equibus nonnullas sententias hic inseri judicavimus, ut tantorum Patrum auctoritate, nostra roboraretur epistola, atque omnes Orientales sive reliquarum partium episcopi, hæc audientes, in tantam foveam non incidant, ne damnationem a Patribus decretam percipiant. Sequuntur enim ex prædicto concilio Nicæno 605 capitula, id est, xviii, xix, xxi, xxiii, xxvi, xxvii, xxviii, xxxiii, xli, et v, vii, et

66 Luc. xix, 8. 67 Deut. xxvii, 17.

(43) Capones subsequentes ex Sardicensibus et ex aliis consarcinati sunt.

VIII, ac LI, LII, LIII, LIV, LV, LVII, LVIII, LIX, LX, LXI, LXII, LXVII.

2. Et omnes episcopi qui in quibusdam graviorebus pulsantur, vel criminantur causis, quoties necesse fuerit, libere apostolicam appellent sedem. Atque ad eam quasi ad matrem confugiant, ut ab ea, sicut semper fuit, pie fulciantur, defendantur, et liberentur. Cujus dispositioni omnes majores ecclesiasticas causas, et episcoporum judicia, antiqua apostolorum, eorumque successorum, atque canonum auctoritas reservavit. Quoniam culpantur episcopi qui aliter erga fratres egerint quam ejusdem sedis papæ fieri placuerit.

3. Placuit ut accusatus vel judicatus a comprouincialibus in aliqua causa episcopus, licenter appellet, et adeat apostolicæ sedis pontificem. Qui aut per se, aut per vicarios suos, ejus retractari negotium procuret. Et dum iterato judicio pontifex causam agit, nullus alius in ejus loco ponatur, aut ordinetur episcopus. Quoniam, quamquam comprouincialibus episcopis accusati coram eisdem pontificibus acta scrutari liceat, non tamen definire inconsulto Romano pontifice permisum est. Cum beato Petro apostolo non ab alio quam ab ipso dictum sit Domino: *Quæcunque ligaveris super terram, erunt ligata et in cælis; et quæcunque solveris super terram, erunt soluta et in cælis* <sup>26</sup>.

4. Si quis putaverit se a metropolitanò gravari, apud primatem dioceseos, aut penes universalis apostolicæ Ecclesiæ papam judicetur.

5. Accusator, et accusatus, quas leges sæculi non asciscunt, et nos unanimiter submovenus, ne fiat indistricta probatione impietas, cum recta sit judicii in electione sententia.

6. Nullus episcopus alterius parochianum præsumat retinere, aut ordinare, absque ejus voluntate, vel judicare, salva tamen in omnibus apostolica auctoritate; quia, sicut irrita erit ejus ordinatio, ita et dijudicatio; quoniam censens nullam alterius judicis, nisi sui sententia teneri: nam qui eum ordinare non potuit, nec judicare ullatenus poterit.

7. Si quis erga episcopum vel actores Ecclesie proprium habere crediderit negotium, non potest esse iudex, quam ad eos recurrat, charitatis studio, ut familiari colloquio communiter ea sanare debeant, quæ in querimoniis deducuntur. Quod si aliter egerit, communione privetur.

8. Nemo pontificem deinceps aliquem episcopum suis exspoliatum rebus, aut a sede pulsum, excommunicare aut judicare præsumat, quia non est privilegium quo spoliari possit jam nudatus.

9. Pari tenore decernimus, non credi accusatori, qui absente adversario causam suggerit, a: que utriusque partis discussionem, nec accusatores, vel testes suscipi, qui non sunt idonei.

10. Placuit, ut si accusatus vel damnatus episcopus appellaverit Romanum pontificem, id sta-

tendum quod ipse juste censuerit. Et omnes, qui adversus Patres armantur, infames esse censensus. Neque eos qui cum inimicis morantur, ad accusationem vel ad testimonium recipiendos.

11. Placuit ut semper in accusatione clericorum, primo persona, fides, vita et conversatio blasphemantium perscrutetur. Nam fides omnes actus hominis præcedere debet: quia dubius, infidelis est, nec eis omnino esse credendum, qui veritatis fidei ignorant, nec recte conversationis vitam ducunt; quoniam tales, et facile, et indifferenter lacerant et criminantur recte et pie viventes. Ideo suspiciorum discutienda est primo et corrigenda. Neque accusatoribus suspectis, et de inimicorum domo prodeuntibus credendum.

12. Quod non aliæ metropolitanæ Ecclesiæ, vel primates sint, nisi illi, qui prius primates erant, et post Christi adventum auctoritate apostolica et synodali, primatum habere meruerunt. Reliquæ non primates, sed metropoles vocentur, eorumque episcopi non primatum, sed aut metropolitanorum, aut archiepiscoporum nomine fruantur.

13. Infames esse censensus omnes, qui suam aut Christianam prævaricantur legem, aut canonicam postponunt auctoritatem.

14. Salvo in omnibus Romanæ Ecclesiæ privilegio, nullus metropolitanus absque cæterorum omnium comprouincialium episcoporum astantia, aliquorum ex illis causis, quia irritæ erunt, imo et causam in synodo pro facto dabit.

15. Alienis erroribus sociatum, vel a sui propositi tramite recedentem, aut sacris canonibus inobedientem, suscipere non possumus. Nec impetere recte credentes, vel sanctorum Patrum sanctionibus obtemperantes permitimus.

16. Peregrina judicia generali sanctione prohibemus. Quia indignum est ut ab exteris judicetur, qui provinciales et a se electos debet habere iudices.

17. Salva apostolicæ Ecclesiæ auctoritate, nullus episcopus extra suam provinciam ad judicium devocetur, sed vocato eo canonice, in loco omnibus congruo, tempore synodali, ab omnibus comprouincialibus episcopis audiatur, qui concilium super eum, canonicamque proferre debent sententiam. Quoniam si hoc minoribus, tam clericis quam laicis, censensus est, quanto magis de episcopis servari convenit! Nam si ipse metropolitanum, aut iudices suspectos habuerit, aut infensos senserit, apud primates dioceseos, aut apud Romanæ sedis pontifices judicetur.

18. Nemini de se confesso credi potest super crimen alienum. Quoniam ejus atque omnis rei confessio periculosa, et admitti adversus quemlibet non debet.

19. Incerta nemo unquam pontificem judicatum præsumat. Quia quamvis vera sint, non tamen et >

<sup>26</sup> Matth. xvi, 19.

Jenda, nisi quæ manifestis judiciis comprobantur. A nisi quæ manifesto judicio convincuntur, nisi quæ judiciario ordine publicantur.

20. Criminationes majorum natu per alios ne fiant, nisi per ipsos qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni et irreprehensibiles apparuerint, et actis decuerint publicis omnium se carere suspicione atque inimicitia, et irreprehensibilem fidem atque conversationem ducere.

21. Et provincialis synodus retractetur per vicarios urbis Romæ episcopi, si ipse decreverit.

22. Placuit ut a quibuscumque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos, ubi est auctoritas major, fuerit provocatum, audientia non petatur.

23. Si quis metropolitanus episcopus, nisi quod ad suam solummodo propriam pertinet parochiam, sine consilio et voluntate omnium comprovincialium episcoporum aliquid agere tentaverit, gradus sui periculo subiacebit, et quod egerit, irritum erit et vacuum. Sed quidquid de comprovincialium episcoporum causis, suarumque Ecclesiarum, et clericorum, atque sæcularium necessitatibus agere aut disponere necesse fuerit, hoc cum omnium consensu comprovincialium agatur pontificum. Non aliquo dominationis fastu, sed humillima et concordia administratione, sicut Dominus ait : *Non veni ministrari, sed ministrare* <sup>86</sup>. Et alibi : *Qui major est vestrum, erit minister vester* <sup>87</sup>, et reliqua. Similiter et ipsi comprovinciales episcopi cum ejus concilio, nisi quantum ad proprias pertinet parochias, agant juxta sanctorum constituta Patrum, et uno animo, uno ore, concorditer sancta glorificetur Trinitas in sæcula.

24. Caveant iudices Ecclesiæ, ne absente eo cuius causa ventilatur sententiam proferant, quia irrita erit, et rationem pro actione reddent in synodo, et, ut proditoria calumnia, nec eorum postea vox audiat. Nemo enim debitorem amplius potest cognoscere, quam ille qui injuriam ejusque sustinuit nequitiam.

25. Si quis super quibuslibet criminibus clericum pulsandum crediderit in provincia, in qua ille consisit qui pulsatur, suas exerceat exactiones. Nec existimet qui eundem accusat, alibi, aut longius protrahendum ad iudicium. Illi vero qui pulsatus fuerit, si iudices suspectos habuerit, liceat appellare.

26. Primates accusatum discutientes episcopum, non ante sententiam proferant damnationis, quam apostolica freti auctoritate, aut reus per seipsum, aut per innocentes et canonicè examinatos regulariter testes convineatur.

27. Irritam esse injustam episcoporum damnationem, idcirco a synodo retractando retractandum, ita ut oppresso ab omnibus in cunctis subveniatur causis.

28. Detractores, qui divina auctoritate eradicandi sunt, et factores inimicorum, ab episcopali submovemus accusatione. Similiter ne summorum quispian minorum accusationibus impetatur aut dispareat, neque in re dubia certa detur sententia, nec ullum iudicium, nisi prudenter habitum teneatur.

29. Plura de his ideo hic non inserimus, ne vacuare, vilemve facere prædictam synodum videmur, aut fastidium legentibus audientibusque proluxa faceret epistola. Si quis autem de his ampliora atque abundantiora scire voluerit, in sacro nostro sedis Ecclesiæ acrinio, et ea quæ prædiximus, invenire poterit : verum me dicere, testis est Divinitas. De receptione vero sedis, et sacerdotii, atque honoris, quæ dixit Athanasium absque concilii decreto suscipere, non ita invenimus sicut calumniati estis. Sed quorundam episcoporum concilio atque decreto recepti sumus, quod injuste perdidit, sacerdotium, ac resedit in sede. Quod cum scripsistis, non posse cum a pauciore numero episcoporum resitui, quam depositus fuerat, non ita est. Nec hæc regula orthodoxorum sanctæ Ecclesiæ est episcoporum, sed Ariatorum, sociorum videlicet vestrorum hæc adinventio, ad perditionem orthodoxorum episcoporum contexta est. Nam, ut vobis a veracibus est testibus relatum, quando Antiochiæ pro damnatione fidei de consubstantialitate prolata fuistis congregati, odio prædicti Athanasii hæc regulam protulistis, quæ nullas habet vires, nec habere poterit. Quoniam nec ab orthodoxis episcopis hoc concilium actum est, nec Romanæ Ecclesiæ legatio interfuit. Canonibus præcipientibus, sine ejus auctoritate concilia fieri non debere, nec ullum ratum est aut erit unquam concilium, quod non fultum fuerit ejus auctoritate.

30. Igitur de fuga, super qua Athanasium reprehenditis, non recte agitis, cum ipse Dominus mandatum hoc nobis dederit : *Cum persecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam* <sup>88</sup>. Et ipse Dominus per semetipsum exemplum nobis demonstravit. Pharisæi concilium fecerunt adversus eum, ut eum occiderent : *Sciens autem Jesus, discessit inde* <sup>89</sup>. Et alibi : *Tulerunt lapides Judæi, ut mitterent in eum. Jesus autem abscondit se, et exivit de templo* <sup>90</sup>. Et : *Transiens per medium eorum abiit, et ita discessit* <sup>91</sup>. Necnon et discipuli propter metum Judæorum recesserunt, celantes semetipsos. Et Paulus in Damasco a principe quæsitus gentis, de muro in sporta positus est, et manus quærentis effugit <sup>92</sup>. Et alii quamplurimi et innumerabiles sancti, tam in Veteri Testamento, quam in Novo, fugisse leguntur. Si ergo fugam improperatis fugientibus, erubescite potius persequi, et quiescite insidiari, quiescentque continuo fugientes. Nam sive perimatis eos, mors contra vos semper exclamat : sive rursus exilia superponatis, ubique in vos mali memoriam destinare nosci-

<sup>86</sup> Matth. xv, 28. <sup>87</sup> Matth. xxiii, 11. <sup>88</sup> Matth. x, 23. <sup>89</sup> Matth. xii, 15. <sup>90</sup> Joan. viii, 59. <sup>91</sup> Luc. iv, 30. <sup>92</sup> II Cor. xi, 33.

mur, et illi patiendo sibi proficiunt, unde et Dominus ait: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed potius eum timete quæ potest corpus et animam perdere in gehennam* <sup>65</sup>. Multos enim cognovimus pessimis machinationibus iniuste depositos. Ideo summopere mihi, cui vice apostolorum principis universalis Ecclesiæ cura commissa est, providendum, auxiliante ipso summo apostolo, ne deinceps talia fiant. Nempe huic sanctæ sedi præfata privilegia ideo specialiter sunt concessa, de congregandis conciliis, tam de judiciis ac restitutionibus episcoporum, quam de summis Ecclesiarum negotiis, ut ab ea omnes oppressi auxilium, et iniuste damnati restitutionem sumant, et talia ab improbis, ne præsumantur absque ulione, nec exerceantur absque sua damnatione. Non ergo recte egistis, quod prædictos fratres calumniati estis, dicente Domino: *Non facies calumniam proximo tuo, nec si opprimes eum* <sup>66</sup>. Non recte egistis quod nobis inconsulitis concilium celebrastis, eosque ad concilium vocastis, et damnare presumpstis, canonicis, ut præmissum est, jubentibus nihil ex his absque hujus sanctæ sedis auctoritate fieri debere. Non recte egistis, quod regulariter a nobis ad concilium vocati distulistis. Non recte egistis, quod de his rationem reddere, ut vestra erga eos, aut probaretur recta sententia, aut improbaretur, non venistis. Nec rationalem mandastis causam propter quam hæc tenuistis. His ergo omnibus perpensis, manifestum est vos reos existere, et illos innocentes remanere, et vos recte excommunicatos, illosque iuste liberari. Noluit namque Dominus tam leviter suos tractari ministros, sicut facitis, aut a vobis damnari: sed, sicut memoratum est, ab hac sancta sede, cui commissi sunt, aut suo reservari iudicio. Ait enim: *Qui vos contristabit, me contristabit* <sup>67</sup>. *Qui fecerit vobis injuriam, recipiet id quod inique gessit* <sup>68</sup>. Et quanta poena expectet eos qui Domini scandalizantibus discipulos, Evangelium sufficienter exponit, ubi de scandalizantibus discipulis loquitur. Nam quod a vobis non sint damnandi, sed aut ab hac sancta, ut præfatum est, sede, aut sibi reservandi, ipse manifeste dat exemplum, quando peccantes sacerdotes, quorum locum modo in sancta Ecclesia episcopi tenent, non per alium, sed per semetipsum vendentes et euentes eiecit de templo, et mensas nummulariorum primo evertit flagello, et eiecit de templo <sup>69</sup>. Et ipse alibi ait: *Dominus stetit in Synagoga deorum, in medio ostem deos discernit* <sup>70</sup>. Et reliqua talia, hisque similia. Et alibi idem ipse ait: *Nolite iudicare, ut non iudicemini. Nolite condemnare, ut non condemnemini. In quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabimini* <sup>71</sup>.

31. Quapropter vos tam temere, ut vos facitis, quisquam suam præsumat evomere iniquitatem, sed iudicantem oportet cuncta rimari, et ordinem rerum

A plena inquisitione discutere. Nec de illis quæ inconcessa sunt, ullo modo iudicium præsumere, interrogandi ac proponendi audiendique patientia præbita <sup>607</sup> ab eo, ut ibi actio partium limitata sit pleniter. Nec prius litigantibus sua velit sententia obviare, quam illi peractis omnibus, jam nihil amplius habuerint in quaestione quod proponant. Nec oportet quemquam iudicari aut damnari antequam suos accusatores presentes habeat, locumque defendendi accipiat spatiosum ad abluenda crimina.

32. Simile in jam fata synodo statutum est, ut ultra provincie terminos accusandi licentia non progrediatur, nisi ad hanc apostolicam fuerit sedem provocatum. Ad quam omnes qui voluerint, libere et absque ullo impedimento in quibusdam agendis confluere debent.

33. Similiter in præfata synodo est decretum, ne suspecti, infames, vel criminosi, aut gratiosi, aut calumniatores, vel affines, aut scelerati, aut facile litigantes suscipiantur accusatores, sed tales qui omni careant suspitione. Quia columnas suas Dominus firmiter stare voluit, nec a quibuscumque agitari.

34. Similiter fata statuit synodus, ut nullam sententia non a suo iudice dicta constringat. Iudices autem alii esse non dehent, nisi quos ipse qui impeditur elegerit, aut quos suo cum consensu hæc sancta sedes, aut ejus primates, auctoritate hujus sanctæ sedis delegaverint. In his autem et aliis, quæ tam in hac sancta sede, quam et ab apostolis eorumque successoribus sunt statuta, nihil præfatis episcopis concessistis, sed vim eis inferentes, iniusteque, ut superius commemoratum est, eos damnantes, aliquos absentes expulistis, quod omni Christianæ religioni est inimicum. In quibus præparet quod nec Domino sua servastis iura, nec huic sanctæ matri et apostolicæ Ecclesiæ, quæ, ut præscriptum est, suo iudicio, aut huic sedi voluit reservari, ne a tam pravis, sicut estis, hominibus damnarentur aut ejicerentur. In his omnibus vobis stultos et prævaricatores Evangeliorum et canonum esse, nulli sane sapientum est absconditum.

35. Nec his contenti estis in vestra prævaricatione, sed etiam prius expulsos eos et suis expoliatos rebus vocastis atque damnastis, cum nullus regulariter damnandus sit, nisi fuerit restitutus, et sua omnia ei legibus sint integerrime restituta. Est namque in sæpe jam dicta sancta synodo ab omnibus unanimiter decretum, et auctoritate apostolica roboratum, ut si quis episcoporum suis fuerit rebus expoliatus, et in accusatione pulsatus, ordinatione pontificum oportet et decet sanctum propositum prius fronte cœtare; ut omnia quæ per suggestiones inimicorum suorum amiserat, legaliter primo potestati ejus ab honorabili concilio redintegrentur, et præsul regulariter prius

<sup>65</sup> Matth. x. 28. <sup>66</sup> Levit. xix. 15. <sup>67</sup> Luc. x. 16. <sup>68</sup> Coloss. iii. 25. <sup>69</sup> Matth. xxi. 12. <sup>70</sup> Psal. lxxxi. 1. <sup>71</sup> Matth. vii. 1, 2.

statui pristino reddatur, et ipse depositis ordinatiquerebus suis, tunc ad tempus veniat ad causam. Et si ita juste videatur, accusantium propositionibus respondeat. Quare ergo transgressi estis terminos Patrum, judicantes et damnantes eos quos non debuistis? Quare judicastis eos quos non regulariter approbastis, quod in Regnerum libro scriptum est: *Non quomodo videt homo, videt Deus, quia homo videt in facie, Deus autem in corde videt*<sup>2</sup>. Et in Paralipomenis: *Omnia corda scrutatur Deus, et omnem cogitationem novit*<sup>3</sup>. Et alibi scriptum est: *Non potest humano condemnari examine, quem Deus suo reservat iudicio*<sup>4</sup>. Hæc omnia summopere præcavenda sunt, nec accusatio episcoporum facile est recipienda, dicente Domino: *Non ansipias vocem mendacii*<sup>5</sup>. Et Apostolus inquit<sup>6</sup>, adversus presbyterum inscriptionem non recipiendam absque duobus vel tribus idoneis testibus. Si hæc de presbyteris, vel cæteris fidelibus sunt præcavenda, quanto magis de episcopis? Quibus cognitiss, magis vos dominari velle manifestum est, quam consuetere fidelibus, aut sustentare eos. Quia benor inflat ad superbiam et quod provisum est ad concordiam, tendit ad noxam. Decuerat namque vos iuxta præfatas regulas, si aliquid egissent contra suum ordinem, mandare nobis et expectare quid ad ve-

stra consulta rescriberemus, in tantum ut si etiã quidquam grave intolerandūque commisissent, nostra expectanda censura, et nihil prius aut aliud decernere, quam quod nobis placere cognovissetis, ita ut a regulis præstitiis nulla aut negligentia aut præsumptione recederetis. Cesset hujusmodi pressa auctoritate præsumptio, vitentur hujusmodi nocumenta, quia nequaquam talia patienter ferre possumus machinationem. Quoniam convenit nos paternarum sanctionum diligentes esse custodes. Merito namque nos causa respicit, si silentio favemus errori.

36. Est insuper in prædicta sancta Nicæna synodo statutum, ut nemo anathema in nostra suscipiatur accusatione, nec illi qui nos in sua nolunt recipere querela vel accusatione: cum nos super illos sciamus a Domino constitutos, non illos super nos. Et sicut major non potest a minore judicari, nec ita colligari, quia ratum est omne quod magnum est. Portamus onera omnium qui gravantur; quinimo hæc portat in nolis beatus apostolus Petrus, cujus vice fungimur legatione, et cujus regula informamur, quatenus ejus fulti auxilio, ab omnibus nunc et in perpetuo teamur adversis. Data Kal. Novembris, Feliciano et Maximiano viris clarissimis consulibus.

*Epistola Athanasii et Ægyptiorum ad eundem papam de oppressionibus Arianorum.*

Domino beatissimo, et honorabili sancto Patri L.berio papæ, Athanasius, et universi Ægyptiorum episcopi, in unum synodice apud Alexandriam congregati.

(41) Vestre beatissimæ paternitatis jura penes Deum sint manifesta, dum prædicationibus scilicet apostolicis, et doctrinis veræ fidei cultura universa repleta sit terra. Per divinorum tamen eruditionem eloquiorum, vestra instruente admonitione exhortatoria, superædificatur orthodoxa Christi Ecclesia, apostolica institutione fundata, et a fidelibus Patribus firmissime roborata. Ad quam omnes beatissimi apostoli, pari honoris et potestatis consortio præditi, populorum agmina convertentes, pie sancteque de tenebris ad lumen, de lapsu ad veram fidem, de morte ad vitam homines divinæ prædestinationis gratia præscitis, salutariis præceptis ac monitis perduxerunt. Quorum sanctorum apostolorum vestra fraternitas honoranda sequens merita, et perfectius implens exempla, Ecclesiam Dei morum probitate et actuum sanctitate condecorat, et fide sacra, Christianisque moribus augens, quæ fieri Deo placita præcipit, studiis pontificalibus indesinenter operatur et perficit, servans legis divinæ mandata: *Quia nos legis auditores, justii sunt apud Deum, sicut narrat*

Apostolus, *sed factores legis justificabuntur*<sup>7</sup>. Nos enim hæc meditari cupientes, et ea quæ a sancta sede vestra, apostolorum eorumque successorum prædicatione **608** suscepimus, atque quæ in Nicæna synodo roborata cognovimus prædicare, et Arianorum blasphemias, atque aliorum hæreticorum repellere: qui quotidie ab his persequimur, et damnationi tradimur, atque morti destinamur. Quæ de re precamur, ut vestris exhortationibus, tam per vos quam et apocriphos vestros adjuvemur, ne, dum illi crescunt et nos minuiunt, vera fides destruat, et eorum hæresis ultra fidem nostram crescat. Quoniam timeo ut, postquam abundaverit iniquitas, refrigescat charitas multorum<sup>8</sup>. Pro qua re, multa vestre sacræ doctrinæ, tam, apud Deum quam apud cunctos fideles, merces et laus reposita est, si vestra resecetur auctoritate. Nostram enim fidem, quam a sanctis Patribus accepimus et tenemus, atque docemus, subter inseruimus. Ut si aliquis vobis aliter nos credere, aut docere, aut accusando, aut müssitando retulerit, vel detrahendo scriptis mandaverit, per hæc manifeste nos ita credere et docere agnoscat. Credimus namque in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilibus, necnon et invisibilibus conditorem. Et in unum Dominum nostrum Jesum Christum Filium

<sup>1</sup> I Reg. xvi, 7. <sup>2</sup> I Paral. xxviii, 9. <sup>3</sup> I Cor. iv, 5. <sup>4</sup> Exod. xliii, 1. <sup>5</sup> I Tim. v, 19. <sup>6</sup> Rom. ii, 13. <sup>7</sup> Matth. xxiv, 12.

(44) Vide Victoris Carthaginiensis epist. ad Theodorum papam.

Dei natum ex Patre unigenitum, hoc est, ex substantia Patris : Deum ex Deo, lumen de lumine, Deum verum ex Deo vero, natum non creatum, hominisation, hoc est, ejusdem cum Patre substantie. Per quem omnia facta sunt, cœlestia et terrena. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est, et homo factus, passus est, et resurrexit tertia die. Ascendit in cœlum, inde venturus judicare vivos et mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, Erat tempus quando non erat : et, Priusquam nasceretur non erat : et, Quia ex nullis subsistentibus factus est, aut ex alia substantia vel essentia, dicunt esse convertibilem, atque mutabilem Filium Dei : hos anathematizat catholica et apostolica Ecclesia. Hanc venerabilem fidem trecenti quidem decem et octo, et cognoverunt et amplexi sunt, et consonantes et unanimes scriptis exclamaverunt. Sed modo, quoniam contra hæc ex nostris talia exsurgunt, qualia non debent. venite et vos, dilectissimi fratres, cum Deo, et descendamus ad visitationem, id est, inquisitionem sermonum eorum, et confundamus per approbationem verissimam ibidem linguas eorum elevatas contra scientiam unigeniti Filii Dei, iniquitatem in altitudinem humanitatis ejus loquentes : *Dirumpamus vincula eorum*, per gladium spiritualem, quod est Verbum Dei, *et proficiamus a nobis jugum ipsorum*<sup>10</sup>, per expugnationem profani sensus illorum. Tunc etenim ipse quoque *Dominus iridebit eos, et subsannabit, et tunc loquetur ad eos in ira sua, et in furore suo conturbabit eos*<sup>11</sup>; secundum beatum Jeremiam, dicens : *Falso prophete isti vaticinantur in nomine meo. Non enim misi eos, et non precepi eis, neque locutus sum ad eos : visionem mendacem, et divinationem, et fraudulentiam, et seductionem cordis sui prophetant vobis. Ideo hæc dicit Dominus de prophe-*

*Recriptum Liberii papæ ad eodem.*

Dilectissimo filio Athanasio, et omnibus in unum congregatis, et de Trinitatis fide recte sententibus Ægyptiorum episcopis, Liberius papa.

(45) Olim et ab initio tantam percepimus a beato Petro apostolorum principe fiduciam, ut habeamus auctoritatem pro universali Ecclesia ad rectam defendendam fidem, quatenus nulli liceat statum sanctæ Ecclesiæ commovere ad lesionem recte credentium, absque sui periculo honoris. Epistolam siquidem vestram nobisque directam, ante nos recitari fecimus, tribulationes et persecutiones, quas pro recta fide patimini, intelleximus. Super quibus et nos una vobiscum condolemus, et laborare pro vobis, ut pater pro filiis, parati sumus. Fidem vero Nicæni concilii in eadem epistola rectam reperimus,

*Atis qui prophetant in nomine meo mendacium : erunt projecti in viis Jerusalem, et conculcatio omnium pic confiteutum me, et non erit qui sepeliat eos*<sup>12</sup>. Nemo enim abscondere potest quibusdam subreptionibus commendatitiis, sicut nec foliis fici antiquus transgressor præcepti Adam potuit, qui per propriam linguam inverecunde nudatur : *Laqueus enim fortis viro labia ejus, et captus propriis sermonibus, et opera manuum ejus, retributio autem laborum ejus dabitur ei, et impietatis reprehensio*<sup>13</sup>. *Arguam te, inquit, et statuum contra faciem tuam, existimasti inique, quod essem tibi similis*<sup>14</sup>. *Propterea, sicut dicit Dominus ad Gejeon, deponamus eos ad aquam veræ discretionis, et probemus eos ibi regulari examinatione in idipsum pronos corruentes*<sup>15</sup>, per ostensionem pravi intellectus eorum, utrum ne sint apud se sapientes divini verbi scientiam ignorant. Quoniam dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, et mutaverunt gloriam<sup>16</sup> catholice Ecclesiæ propria novitate, sive per ea que illicite in ejus defensione gesta sunt, hereticam turbulentiam introducentes, illud competenter ad nos retinentes, quod bene ad Jesum Filium Sirachi dictum est : *Usque ad mortem certa pro veritate, et Dominus pugnavit pro te*<sup>17</sup>. Illius rei gratia universis vobis a Christo Jesu commissa est Ecclesia, ut pro omnibus laboretis, et cunctis open ferre non negligatis : *Quia, dum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia que possidet*<sup>18</sup>. Ideoque tanta urgente necessitate, summopere comperrime vestra summa auctoritate infestos, relevate oppressos, ut absque gravi, Domino impulante, difficultate, ipsi gratanter omni tempore sacrificare mereamur illi. Et subscriptio : *Æterna te servet Divinitas, per multos annos, sanctissime Patrum Pater. Amen.*

super qua et Deo gratias uberrimas retulimus. Pro qua non solummodo persecutiones et passionis sustinere vobiscum parati sumus, sed etiam si necesse fuerit, mori pro Christi nomine, in quantum nostra sint fragilitas, non respuimus. Igitur prædictum sanctum, ut legimus, concilium definiit Nicænum, (46) aliam fidem nulli licere proferre aut conscribere, vel componere, aut sapere, vel docere aliter, nec quidquam in fide sentire aut proferre, quod his Patrum regulis possit obviare. Qui autem presumpserit aliam fidem componere, aut proferre, vel docere, aut tradere aliud symbolum, ad vian veritatis converti desiderantibus de quacunque heresi, vel ex Judeis aut paganis Christianos se fieri volentibus; hi si episcopi fuerint aut clerici, alienatos qui

<sup>10</sup> Psal. II, 5. <sup>11</sup> ibid. 4, 5. <sup>12</sup> Jerem. XIV, 14-16. <sup>13</sup> Prov. VI, 2, 3. <sup>14</sup> Psal. XLIX, 2, 1. <sup>15</sup> Judic. VII, 4. <sup>16</sup> Rom. I, 22, 25. <sup>17</sup> Eccl. IV, 35. <sup>18</sup> Luc. XI, 21.

dem episcopos ab episcopatu, clericos a clero. Si **A** sunt. Scriptum est enim in Jeremia : *Probato-*  
**609** vero monachi, aut laici fuerint, anathemate *dedi te in populo meo robustum, et scirs et probabis*  
 feri. Protestatur enim beatus Apostolus, dicens : *viam eorum* 77. Multa namque nobis necessaria est  
 Si quis certat, non coronatur, nisi legitime certaverit 78. Et iterum Dominus ait : *Qui autem perse-*  
*veraverit usque in finem, hic salvus erit* 79. Videlicet certaminibus sacris propositis nobis, pro defensione  
 catholice Ecclesie, magna que salute ex hoc sperata et absconditur, vixque comprehenditur, dolosa ex-  
 ab omnium bonorum Jalore Deo, non deficiant ma- sistens malitia, pro eo quod sibi pietatem callide  
 nus nostrae, dilectissimi fratres, per occasionem cu- blandiatur, ut valeat scrutationem mentem latere.  
 juslibet desidia dissoluta, sed fratres efficiamur Quod utique sciens beatus Apostolus, ait : *Nam hu-*  
 per gratiam Domini, atque virtutem potentie ejus : *jusmodi pseudopostoli, et operarii subdoli, transfig-*  
 Quoniam perfecit pedes nostros tanquam cervorum, *urant se in apostolos Christi* 80. Sed non mirum,  
 et super excelsa firmius statuit 81, per intellectum quoniam et ipse *Satanas transfiguratur se velut ange-*  
 summæ ejus humanitatis propter nostram salutem, lus lucis 82. Et ideo non mirum si non ministri ejus  
 maxime tamen habentes impositam sanctorum testi- **B** finis secundum opera eorum. Sed et Dominus iu  
 monium ubem : *Deponentes ergo omne pondus, et cir-*  
*cumstantem adversariorum nocitatem, per patientiam*  
*currantem aspicientes in auctorem fidei, et consum-*  
*matorem Jesum* 83, qui, proposito nobis propter eum **C** hoc præmuniens nos, ait : *Attendite a falsis proph-*  
 negotio, Spiritum suæ veritatis condonet loquentem etis, qui veniunt ad vos in vestimento ovium, intrinse-  
 in nobis, atque perhibentem magnalia fidei, per cus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum co-  
 doctrinam sanctorum Patrum, quos adversarii cal- gnoscetis eos 84. Ergo in idipsum ex toto corde  
 lumniantur quotidie. In prophetis namque habetur : *ferentes ante omnia super tali quaestione deprecation-*  
 Propter Sion non tacebo, et propter Jerusalem non nem, et dicentes cum David : *Revela oculos meos,*  
 quiescam, donec egrediatur ut splendor Justus ejus, *et considera mirabilia de lege tua. Lucerna enim*  
 et Salsator ejus ut lampas accendatur 84. Profecto pedibus meis verbum tuum, Domine, et lumen semitis  
 catholica Ecclesia, quæ vera consistit Sion, et civi- meis 85, quoniam ipsius est, sicut ait beatus Da-  
 tas Christi cælorum regis, per annorum spatia ex- niel propheta : *Sapientia et fortitudo dat sapientiam*  
 pugnatâ ab adversantibus verbo fidei, qui neque sapientibus, et scientiam intelligentibus disciplinam.  
 Deum timent, neque hominem reverent, sed in- *Ipsæ revelat profunda et abscondita, et novæ in tene-*  
 cassum perducentibus piæ et canonicæ de hoc **C** inquit, et fortitudinem dedisti mihi, et ostendisti  
 verbo doctrinæ, dum a diversis tantisque scripto, mihi, quæ rogavi te 86. Cum ope divina uniuscujus-  
 et sine scripto, contestationibus invitati fuissent que personæ descripta, eorum qui pro novitatis  
 corrigere propriam et a se pellere hæresim. Sicuti commentato accusati de venerabili nostro scrinio  
 et per anteriorem cognitionem luculentius demou- obsecrandibus, et nobis ordinabiliter offerentibus,  
 stratum est, tam per libellos, quam per suggestio- solertius intendamus, ita ut qui hæc præ-  
 nem reverendissimorum sacerdotum, et venerabili- sumperint prævaricati, primum quidem subja-  
 lium abbatum, Apostolo protestante nobis, ut *ceant judicio terribili omnipotentis Dei, deinde*  
 hominem hæreticum, post primum et secundam cor- *autem qualemcunque regalem indignationem reve-*  
 reptionem, evitare debeamus. *Scientes quia subversus reantur. Per quam siquidem episcopi, aut clerici*  
 zat hujusmodi, et deliquit proprio judicio condemn- fuerint, a sui sacerdotii, sive a sui cleri ordina-  
 tus 87? Nullo modo oportet nos deinceps tacere aut *modis omnibus excidant. Sin autem monachi sunt,*  
 quiescere, ne quoquo modo iniqui judicemur, odi- *segregent, et alieni sint a suis locis. Sin autem*  
 bilem Deo partem amplectentes. Quoniam scriptum *dignitatem, aut cingulum, aut militiam habeant,*  
 est : *Zelanti in peccatoribus pacem peccatorum vi-* *nudentur eis. Quod si privati, si quidem nobiles*  
 dens 88. Et dicatur etiam de nobis : *Sacerdotes mei* *consistunt, suarum substantiarum proscriptionem*  
*contempserunt meam legem, et polluerunt sanctuari-* *patiantur. Sin autem ignobiles consistunt, non*  
*nea, inter sanctum et profanum non habere distan-* *solum in corpore verberentur, sed exsilio perpetuo*  
 tiam, et inter pollutum et mundum non intellexerunt 88. *castigentur, ut omnes timore Dei compressi,*  
 Sed consurgere nos convenit cum Deo, consi- *et comminata eis digna supplicia reverentes, im-*  
 sistere prompte, induentes arma Spiritus adversus *mobilem et sine turbatione pacem sanctorum Dei*  
 malignantes contra fidem ejus, ut approbemus *Ecclesiarum custodiant. Data viii Kal. Junii, Ar-*  
 Spiritus sapienter, id est, verba eorum, si ex Deo *clepio et Deodato venerabilibus cosa. Explicuit.*  
 Amen. *Gloria Christo Jesu Domino nostro. Pax vobis.*

77 Il Tim. II, 5. 78 Matth. X, 22. 79 Psal. XVII, 54. 80 Hebr. XII, 4, 2. 81 Isa. XLII, 4. 82 T3.  
 III, 40, 41. 83 Psal. LXXII, 5. 84 Ezech. XXXII, 26. 85 Jerem. VI, 27. 86 Il Cor. XI, 45. 87 ibid. 43.  
 88 Matth. VII, 45, 16. 89 Psal. CXXVII, 18, 103. 90 Dan. II, 21, 22.



*Epistola Ægyptiorum pontificum ad Felicem de infestationibus Ariarum*

Domino ter beatissimo, et honorabili sancto Patri Felici sanctæ sedis apostolicæ urbis Romæ pape; Athanasius, universi Ægyptiorum, Thebaidum et Libyorum episcopi, in sancta Alexandria synodo gratia Dei congregati.

Vestro sancto suggerimus apostolam, ut nostri, more solito, sollicitudinem gerere dignemini, juxta vestram prudentissimam sapientiam, quæ omnibus luce clarius manifesta est, quia apostolicis vestra beatitudo visceribus commota, super tribulatione nostra, nos omnes hortata est ad tuitionem catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ, in unum convenire, et de nostra canonicè oppressione et uanimitè tractare, dum constat nos una cum beato Paulo apostolo eadem compassibiliter dicere: *Quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego non uror?*<sup>47</sup> Satagentes, ne aliqua de iis, quæ vobis creditæ sunt rationabilibus ovis, a bestiis capiatur. Ideo, Pater beatissime, quia semper antecessores nostri, et nos a vestra apostolica sancta sede auxilium hausimus, et nostri vos habere curam novimus, præfatam **610** apostolicam et summam expetimus, juxta canonum decreta, sedem, ut inde auxilium capiamus, unde prædecessores nostri ordinationes et dogmata, atque subventiones traxerunt. Ad eam quoque quasi ad matrem recurrimus, ut ejus uberibus nutriamur, quoniam non potest mater oblivisci infantem suum. Sic et vos nolite oblivisci nos vobis commissos. Quoniam non levibus nos inimici nostri implicuerunt, et quotidie facere moluntur afflictionibus, et apprehendere, ac (47) ferris nos constringi minantur, nisi eorum consentiamus erroribus, quod nequaquam vobis inconcussis agere præsumimus. Canonibus quippe jubentibus absque Romano pontifice nos de majoribus causis nihil debere decernere. Ideoque ad propositum recurrentes, et ad bravium properantes, vestræ apostolicæ sedis imploramus auxilium. Quia, ut credimus, non desepit Deus proces cum lacrymis sibi oblatas servorum suorum, sed ob id vos prædecessoresque vestros, apostolicos videlicet præules in summatis arce constituit, omniumque Ecclesiarum curam habere præcepit, ut nobis succurratis, nosque tuentes, quibus omne episcoporum judicium est commissum, liberare ab hostibus nostris non negligatis. Nam scimus in Nicæna magna synodo trecentorum decem et octo episcoporum, ab omnibus concorditer esse roboratum, non debere absque Romani pontificis sententia concilia celebrari, nec episcopus damnare, licet hæc et synodica capitula alia complura pernecessaria, ab hæreticis, qui nos quotidie infestant et perdere nituntur, ut facilius

nos capere possint, sint incensa, nobisque sublata. Qua de re hac inventa occasione, indifferenter omni canonica et apostolica postposita auctoritate, nos vi a propriis, vobis inconsultis, illicite expellunt sedibus, ovesque nobis a Christo Domino apostolica commissas gratia, invadunt, gradibus privant: et quod pessimum est, et omnibus Christianis legibus inimicum, interficere decertant. Vos ergo ut semper vestræ sedi sanctæ consuetudo fuit, periclitantibus subvenite, oppressos roborate, tribulatis manum porrigite, taliaque prohibete, et leges imponite, ut apostolica doctrina, quæ in Deo est, cito ad victoriam judicium perducere valeat nostrum, nosque apostolorum principe suffragante Petro, ab imminentibus periculis liberare (48). Novimus namque in jam facta Nicæna synodo generaliter esse decretum, ut nullus passim, vageque episcopos, aut præsumptivè lacerare, aut accusare, et qui non sunt rectæ fidei vel bonæ vitæ, vel claræ conversationis, infamare præsumat. Sed prius si erga episcopos, vel auctores Ecclesiæ quisquam causam habuerit, eos cum charitate ussuetè conveniat, ut ab eis vulnus unde agitur, recte sanetur. Aut ipse, si secus egerit, accusator excommunicetur. Quod si ab eis nihil recte valuerit percipere, tunc primo summos adeat primates, et ipsi tempore congruo canonice eos convocare debebunt. Qui si aut suis rebus exspoliati, aut a propriis sedibus ejeti, aut exsiliati, vel oppressi, aut iniq̄ tractati fuerint, primo eruantur, et canonice restituantur, atque omnia sibi sublata (49) integerrime eis legibus reddantur. Quoniam priusquam hæc fiant, ut in prædicto constitutum est concilio, nec canonice convocari, nec distingui a quocunque possunt. Quoniam nec sæculi leges hæc fieri permittunt, quanto minus ecclesiasticæ? Similiter et a supradictis Patribus est definitum consonanter, ut si quisquam episcopum, aut metropolitanum, aut comprovinciales, vel iudices suspectos habuerit, vestram sanctam Romanam interpellent sedem, cui ab ipso Domino potestas ligandi, ac absolvendi, speciali est privilegio super alios concessa. Ipsa enim (50) firmiter a Deo fixum et immobile percepit, quoniam ipsam formam universorum titulorum lucidissimam Dominus Jesus Christus veram apostolicam constituit sedem. Ipsa est enim sacer vertex, in quo omnes vertuntur, sustentantur, levantur, et sicut in Christo Christiani, et in petra, id est Christo, Petrus, Petri renovantur Ecclesiæ: Tu es enim, sicut divinum veraciter testatur eloquium, *Petrus*<sup>48</sup>, et super fundamentum tuum Ecclesiæ columna, id est, episcopi, qui Ecclesiam

<sup>47</sup> II Cor. xi, 29. <sup>48</sup> Matth. xvi, 18.

(47) Stephanus Dorensis ad Martinum papam.  
(48) Habetur in epist. decret. Julii contra Orientales pro Athanasio.

(49) Adr. coll. 35.

(50) Sergius Cypri, epist. ad Theod. papam cons. concil. Lateran.

sustinere, et propriis humeris portare debent, A sunt confirmati. Tibique claves regni caelorum commisit, atque ligare, et solvere potestative, quae in terra et quae in caelis sunt, promulgavit. Tu profanarum haeresum, et impetitorum, atque omnium infestantium depositor, et princeps, et doctor, caputque omnium orthodoxae doctrinae et immaculatae fidei existis. Igitur ne despicias Patrum tuorum, Pater, pietatem, bonamque intentionem. Et sicut illi Patres et praedecessores nostros a multis liberaverunt oppressionibus et angustiis, ita nos liberare digneris. Nam fuit semper vestrae sanctae et apostolicae sedi licentia, injuste damnatos vel excommunicatos, potestative sua auctoritate restituere, et sua eis omnia redere, et illos qui eos condemnaverunt, aut excommunicaverunt, apostolico punire privilegio: sicut etiam nostris et antecessoribus cognovimus actum temporibus. Porro et ipsi primates, qui episcoporum et summorum ecclesiasticorum causas suscipere debent, in praefixa Nicæna synodo sunt dinumerati, ne in posterum ex hoc contentio oriretur. (51) O sanctissime Pater Patrum, absconde blasphemias et jactantiam vaniloquorum et insidiantium infestationes, nos et fratres nostros opprimendum, atque perdere volentium, qui ad vos quasi ad caput confugiunt, ut vestro suffulti auxilio liberemur, et vobis nobisque Christi commissas oves a luporum ore, Domino adminiculante, antequam deglutiantur, rapiamus. Nec enim (52) fas est supplicium apostolicae sedis scripto, aut sine scripto, preces oblatas despiciere, sed ut concedat, et privilegium vestrae sedis est, et nos, et illi canonicaliter convocemur, et ante vos de nostris objectionibus canonicè cum omni probitate concertemus. Sicut praedecessores nostri penes vestros fecerunt antecessores, et sicut canonica in praedicta sancta synodo docent constituta, et veluti paleati verbi per ventilabrum canonicae examinationis plenam purificationem, in communi consistentes auditorio, de maturis et nutrientibus catholicae Ecclesiae dogmatibus, quae confirmant cor hominis, per participationem patrum consequamur institutionem. (53) Antiquis enim regulis sancitum est, ut quidquid, quamvis in remotis aut in longinquis positus provincis, super episcoporum querelis aut accusationibus ageretur, non prius tractandum vel accipiendum esset, quam ad notitiam almæ sedis vestrae fuisset pronuntiatio facta, qua infirmaretur, aut firmaretur. Indeque sumerent normam, unde Ecclesiae sumpserit exordium praedicationis, ne passim ab insidiatoribus columnaeverterentur Ecclesiae. Certum est enim

eidem sanctae sedit vestrae in honorem beatissimi Petri, Patrum decreta peculiarem decrevisse reverentiam Dei, pro rebus inquirendis atque determinandis, quas sollicitè decet justèque ab ipso praesulum examinari vertice apostolico, cujus sollicitudo semper fuit et est tam mala damnare quam probare laudanda. Quoniam humillimum vestro apostolico culmini persolventes obsequium, ut ipse Dominus praecipit, et sanctorum decreta Patrum statuerunt, cum laerymis augustinus quod sine gemitu cordis reticere non valemus. Nam in tantum a persecutoribus sanctae Dei Ecclesiae nostrisque iniuicis persequimur, ut **611** magis nos vivere, quam mori tædeat. Unde praeter omnibus fatemur, in tantum cor esse nostrum vulneratum, ut propheticum illum plangentium exoptemus, dicentes: *Quis dabit capiti meo aquam, aut oculis nostris fontem lacrymarum, ut sedentes plerumque die ac nocte* 54? Ecce enim oves, quae nimis infestantur, atque a pravis amoveri hominibus impelluntur. Christianorum vero voces ac gemitus episcoporum longe lateque resonant, novitates insurgunt, calumniae crescunt, persecutio grassatur, perditio fit populorum. Vestrum est nobis manum porrigere, vobis enim commissi sumus, vestrum est nos defendere atque liberare, nostrumque est a vobis auxilium expetere, et vestris parere jussionibus. Pro nimio ergo dolore, atque gemitu omnium quae nos infestant necessario recordari, vobisque significare nequimus. Ideo alium vestrum exoramus apostolatam, ut super his legeat, quae in memorata Nicæna synodo est promulgata, quamvis praedictorum insidiatorum, et aliorum malorum hominum, quo facilius episcopos Dei ministros valeant illaqueare, est suffocata, reparens: et quae necessaria fore cognoscitis, vestrae sanctae sedis auctoritate nos cunctosque fratres informetis, ut malorum insidias hominum, vestra fulmi auctoritate illesas, Domino opitulante, evadere valeamus, quia insidias luporum praevidere, non ovium (54) sed pastorum est. Scimus enim quod id semper vestrae sedis praesules, primo apostoli, deinde successores eorum fecerunt. (55) Vos universalis Ecclesiae, et maxime episcoporum qui oculi Domini propter contemplationem et speculationem vocantur, curam gerere, ac de revelatione et lege nostra assidue cogitare debetis, sicut scriptum est: *Beatus qui meditatur in lege Domini die ac nocte* 55. Quae meditatio, non lectione per figuram litterarum tantum conspecta, sed uberante in vobis Christi gratia in vestra cognoscitur conscientia immobiliter insita, et nullatenus de vestro corde recedente lege Christi Dei sacrosancta, sicut in Psalmis dicit Prophe-

54 Jerem. ix, 1. 55 Psal. i, 2.

(51) Idem Sergius.

(52) Martinus papa, ibidem.

(53) PP. Afric. in ep. ad Theod. papam conc. Lateran. ann. 649.

(54) Conc. in Rom. sub Symmacho.

(55) Victor. Carth. ep. ad Theod. papam, ubi multa haec invecata sunt.

ta : *Os justi meditabitur sapientiam, et lingua ejus loquetur judicium, lex Dei ejus in corde ipsius*<sup>77</sup>, non aramento, sed spiritu Dei vivi vestris in arcanis conscripta, neque in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus, sicut beatissimi apostoli Pauli ad Corinthios missa nos docet Epistola. Quibus præmissis significamus Deo placitæ fraternitati vestræ die septimo Kalendarum Augustarum, indicationis quartæ, nostram humilitatem divina gratia, suo ut præcepit munere præveniente, vestris sanctis ac Deo dignis precibus, in sancta Romana Ecclesia pontificalis honoris accepisse consecrationem et stolam, in quo dignitatis fastigio ut Deo omnipotente altissimo regamur, et a malis omnibus liberemur. Ut non sacerdotale nomen tantum, sed Christi Domini nostri Dei protegente auxilio et merito habeamus, vestris sanctis ac Deo acceptabilibus nos commendantes orationibus, poscimus quatenus et vestris deprecationibus pro nobis ad Deum effusis muniti, et eruditionibus bonis instructi, digni efficiamur cum omni nobis populo Christiano commisso illæsi, protegi velamento divino. Ad salutationem ergo vestræ sanctæ et honorandæ fraternitatis, vice nostra, Benedictum humilem nostrum fratrem vestrum episcopum, et Alexandrum presbyterum, Crispinum quoque diaconum, vestros famulos destinavimus. Propter quos postulamus celerius nobis a vestra beatitudine persolvi, ut vestris cohortationibus roborati, vestris regulis, isimicis videlicet compressis, informati, ad proprias prudenter consolati valeamus ecclesias ante hiemem Domino propitio remeare. Vestrum est quippe, Pater sanctissime, canonica instructione sollicitè ecclesiasticæ regulæ adversantibus, et fratrum insidiatoribus obviare, nec permittere noviter dici quod Patrum venerabilium auctoritas omnino non censuit. Nos enim humiles corde, sapientes, adjuvante Domino, quæ recta sunt uno vinculo charitatis vobiscum sumus constricti, veram fidem ac religionem catholicam in omnibus fortiter defendentes. Studiosius itaque a Catholicis improbis probe resistere nitendum est, ne torpentes, desidia oppressi, culpæ taciturnitatis teneamur obnoxii, et quasi favorem impendentes judicemur. Unde dictum est : Negligere, cum possis deturbare per-

versos, nihil aliud est quam fovere. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obviare. Manifesta est, Doctor sanctissime venenosa serpentum sine simplicitate astutia, dur manifestata est dolosa inimicorum fallacia. Succurrite, quæsumus, oppressis, liberate nos de manu persecutorum, ut cum beato Job cantetis : *Benedictio perituri super me veniebat, et cor viduæ consolatus sum, justitia indutus sum, et vestivi me, sicut vestimento et diademate, judicio meo. Oculus jui cæco, et pes claudo. Pater eram pauperum, causamque quam nesciebam, diligentissime investigabam. Cogitabam molas iniqui, et de dentibus eorum auferebam prædæ*<sup>78</sup>, et reliqua. Nos enim, quos tua maxima expectat cura, id est, episcopi omnes, præcipue tuum debemus mereri judicium, et non ab aliis devorari. Merito ergo nos sacerdotes Domini causa respicit, si silentio (56) faveamus errori. Si quidem corripiantur hujusmodi, nec sit liberum eis pro voluntate habere judicium, desinatque novitas incensere vetustatem, desinat Ecclesiarum quietem inquietudo turbare. Nam omnes metropolitani, vel reliqui episcopi, sua odia ut vindictas in reliquos episcopos exercere non valeant. Ideo nominatim in Nicæna synodo expressi sunt primates, qui reliquos episcopos audire et judicare debeant, ne ulla fraus in judicio episcoporum possit irruere. Vos ergo qui in summo speculo gratiæ Dei estis depositi, attendere eos, et opprimere oportet, qui in fratres seditiones (57) et scandala excitant. Ideoque exoramus, ut minime despiciatis humilitatis nostræ, et omnium Orientalium orthodoxorum sacerdotum, et populorum afflictiones et damnationes, cum lacrymis oblatas. Sed sicut luminaria universo mundo, verbum vitæ retinentes, introductas exstinguite tenebras nefandissimorum insidiatorum, temporibus etiam nostris proacriter germinatas : quatenus funditus exstincta hujusmodi caligine, lucifer nobis resplendeat per vos, sanctissime Pater, et dogmatica definitio ubique omnes lætificans, qua gloriosi sancti Patres per propria piissime dogmata in æternæ vitæ firmam hereditatem prædicasse noscuntur. Et subscriptio : Incolumentem te, et beneplacitum Deo, sanctissime Pater Patrum, orantem pro nobis Dominum custodiat in ævum. Amen.

*Rescriptum Felicis papæ ad eosdem.*

**612** Reverendissimis atque dilectissimis fratribus Athanasio, et universis Ægyptiorum, Thelaidum, Libyorumque episcopis in sancta Alexandria synodo congregatis, Felix almæ Romanæ urbis et universalis Ecclesiæ episcopus, et sancta synodus, quæ in urbem Romam convenit, in Domino salutem.

Sacram vestram synodicam epistolam per gra-

diam Spiritus sancti, et Deo placitum studium conscriptam, vestræ a Deo honorandæ sanctitatis gratia libenter suscepimus, atque instanter nostra in synodo recitare per singula jussimus, et omnes intente ejus colligere verba præcepimus. Super quæ dum letari sperabamus et cupiebamus, *versa est in lactum cithara nostra*<sup>79</sup>, et cantatio in plorationem, et omnino totius synodi gaudium in mor-

<sup>77</sup> Psal. xxxvi, 30, 31. <sup>78</sup> Job xxxix, 13-17. <sup>79</sup> Job xxx, 31.

(56) Ex epist. 4 Cælestini I ad Gallos.

(57) Stephan. Dorensis, ad synodum Latranensem anno 649.

rorem translatum est, quia non decuerat, ut ii qui corpus (58) Christi quotidie proprio conficiunt ore, tantam paterentur persecutionem. Quoniam Dominus Deus noster salutem providens generis humani, mandavit persecutiones non fieri, neque fluctationes inferri, aut invideri laborantibus in agro Domini, neque dispensatores magni Regis vexari, aut expelli. Quiescite, inquit sancta magna Nicæna synodus, et nolite persequi eos qui Deo perfecte ministrant, et sincera voluntate superni Dei mandata custodiunt, et nostris legibus subjungantur. Quia nec decet nec ordo patitur, ut iniqui et carnales spirituales persequantur. Omnis enim qui resistit alicui, nunc vertendo, nunc celando veritatem, mentitur adversus eum contra quem litigat. Et qui infestus est alicui, omnia sicut hostis agit, et insuper loqui contendit. Vos enim monemus fratres in speculis esse debere, ut in quantum esse potestis et Dominus auxilium dederit, talibus nostra apostolica vestraque auctoritate resistatis, nec quisquam vestrum a fratris auxilio se subtrahat, sed pro viribus adminiculum præstet. Quoniam licet pauci sitis, si unanimes fueritis, nullatenus, iustitia suffragante, Domino quoque opem ferente, superabimini : *Quia funiculus triplex difficile rumpitur* \*. Nam si officiis secularibus (59) humana lex subvenit, quanto magis ecclesiasticis, et Domini sacerdotibus, maximeque pontificibus, qui pupillæ oculorum Domini appellantur, divina atque canonica lex suffragari debet ? At enim divinum de episcopis eloquium : *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei* \*\*. Et si seculares homines humana multipliciter explorantur lege, et requisitiones atque induciæ illis multorum mensium conceduntur, ne injuste damnentur ; quanto magis episcopis, qui proximiores sunt Deo, et super eos sunt constituti, positique in cœlesti militia, quæ impensius ponderanda est, temporaque sunt concedenda multo ampliora, ne a quibusdam graventur aut opprimantur, vel subito damnentur. (60) Inspiciamus ergo, adjuvante Deo et sancto apostolo Petro, per quem et apostulatus et episcopatus in Christo cœpit exordium, quam plures sæpe emergerunt causæ, quæ in quibusdam non erant causæ, sed crimina. Quia magis, ut comperimus, iniquitate fratribus sunt impositæ, quam charitate. Et ut de cætero sollicitudo sit, ne talia deveniant, capitula quedam, quæ a sanctis Patribus, tam in Nicæna synodo, quam in hac sede constituta sunt, ponamus. Quibus fratres et coepiscopi nostri fulti, insidias inimicorum Domino auxiliante valeant evadere, et prout Dominus dederit posse, paucioribus (61) tantorum malorum verbis imitemur compendium, et strictim quæ

in volumen literarum vestrarum comperimus retractemus, et alia nonnulla instantis temporis necessaria prout petitis ponamus.

(62) 1. Est namque synodice decretum institutis, ut nemo episcopum penes sæculares arbitros accuset, sed ad summos primates.

2. Si quis adversus episcopum causam habuerit, non prius alios episcopos adeat, ut eum accuset, quam familiariter ei suam indicet querelam, et ab eo justam emendationem, aut rationabilem percipiat excusationem, ipsa nos instruente veritate : *Si peccaverit in te frater tuus, vade et corrip eum inter te et ipsam solum. Si te non audierit, adhibe duos vel tres tecum. Et si non audierit, dic Ecclesie* \*\*, id est, accusa eum publice, et non privatim, et reliqua.

3. Si quis episcopum posthac elegerit accusare, summis primatibus episcoporum suam indicet causam, et non sæcularibus, qui magis ad pacem (63) quam ad iudicium eos rocent, ut charitas in omnibus et ab omnibus custodiatur. Si primates accusatores episcoporum cum eis pacifice familiariter minime potuerint, tunc tempore legitimo eos ad synodum canonicè convocata, non infra angusta tempora canonicè convocent, et non priusquam eis per scripta significet quid opponitur, ut ad responsum preparati adveniant. Nam si aut vi, aut timore ejecti, aut suis rebus exspoliati fuerint, nec canonicè evocari ad synodum possunt, nec respondere annulis debent, antequam canonicè restituantur, et sua eis omnia legaliter reddantur.

4. Si quis episcoporum suis fuerit rebus exspoliatus, aut a sua Ecclesia vi aut timore expulsus, quod omni Christiano nomini est inimicum, oportet et decet episcoporum præpositum semper prima fronte sollicitum esse, ut omnia, quæ ei ablata sunt, potestati ejus legaliter reddantur, et præsul prius restituatur. Et postea non statim, sed diu et per spatiosa tempora, suis potestative depositis, et ad suam necessitatem preparatis, ad tempus veniat ad causam. Et si juste visum fuerit, accusatoribus respondeat suis.

5. Nulli infami (64) atque sacrilego de quocunque liceat negotio, adversus religiosum Christianum, quanvis humilis servilique persona sit, testimonium dicere, nec de quolibet actione vel inscriptione Christianum impetere.

6. Si quis episcopus legitime accusatus, et supradicto ordine ad concilium canonicè convocatus fuerit, absque trepidatione ire debet. Et si ire non potuerit (65), pro se legatum ad synodum mittat.

7. Nullæ causæ a iudicibus ecclesiasticis audiam-

\* Eccle. iv, 12. \*\* Zachar. ii, 8. \*\*\* Matth. xviii, 15-17.

(58) Hieronym. epist. ad Nepotianum.

(59) S. Greg. ep. 120, l. vii.

(60) Innoc. ep. 2.

(61) Innoc. ep. 7.

(62) Carth. iii, c. 9.

(63) Carth. iv, c. 26.

(64) Ex Aniano.

(65) ADR. c. 5 et 11.

tur, quæ legibus non continentur, vel quæ prohibita esse noscuntur.

8. Si quis aliter non acquieverit, nisi ut episcopum accuset, supra taxato hoc tenore agere debet, quia aliter rata non potest accusatio existere. Tunc primo accusati causam accusator (66) apud primates canonice deferat. Nam a communione prohibetur accusatus, nisi ad electorum iudicium canonice convocatus infra tres aut sex, vel plures menses pro suis rationem redditurus venire distulerit. Quod si probare potuerit quod voluerit, sed non potuerit **613** venire, nihil ei nocebit. Ille vero, qui vi, aut timore a sede pulsus, aut suis rebus exspoliatus fuerit, non prius vocetur ad synodum, quam ei omnia legibus redintegrentur (67). Et tandiu in sede propria pacifice et potestative cuncta disponens resideat, quandiu expulsus, vel exspoliatus carere visus est rebus. Cum autem ad iudicium venerit, si voluerit et necesse fuerit, iudiciæ ei petenti a Patribus constitutæ absque impedimento concedantur, et iudices a se electi tribuantur, ut in loco unde est ille qui accusatur, aut si alibi alicujus temerariæ multitudinis vim metuerit, locum sibi congruum eligat, quo absque timore suos, si necessitas exposcerit, testes habere, et absque impedimento suam canonice sententiam finire valeat.

9. Quia multa per subreptionem evenire solent, (68) illis testificandi vel accusandi licentia denegatur, qui Christianæ religionis et nominis dignitatem et suæ legis vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita, neglexerint.

10. Multum derogatio prævalet, quando derogatio creditur. Ideo variis detractationibus atque accusationibus non decet (69) labefactari primatem, sed magis Patrum regulis roborari, nec facile aut indifferenter suscipere accusationes præsumat, dicente Domino: *Non suscipias vocem mendacii*<sup>61</sup>; sed prius probare debet suspicionem et causam, aut quo animo hoc faciat et postmodum suscipere, quia veritatis professionem, propinquitatis, inimicitiz, timoris, amoris, odii et cupiditatis intentio, impedire, et adversa fratribus irrogare solet.

11. (70) Personæ accusantium tales esse debent, quarum fides et conversatio et vita probabilis, et absque reprehensione sit, et quæ omni careant suspitione. Quia et hoc, te præsentem, ut bene nosti, in Nicæna synodo, propter malorum hominum infestationem ab omnibus est definitum, licet pravorum hominum insidiis sint hæc et alia complura delecta.

12. Primates illi, et non alii sunt, quam in præ-

A dicta Nicæna synodo sunt constituti. Reliqui vero, qui metropolitanas (71) tenent sedes, archiepiscopi vocantur, et non primates, salva in omnibus apostolicæ sedis dignitate, quæ ei ab ipso Domino est concessa, et postea a sanctis Patribus roborata.

13. Primo semper in omni episcoporum accusatione, persona, vita et conversatio accusantium enucleatim inquiratur, et postmodum ea quæ obijciuntur, fideliter pertractentur. Quoniam nihil aliter fieri debet, nisi impetitorum prius requiratur fides, personæ, vita et actus discutiantur, quia non debet pravorum aut insidiantium hominum pernicie vita lacerari innocentium. Sane sæpissime boni a malis persequuntur, qui non cessant suis calamitatibus aliis derogare. Ideo summopere prævidendum est, ne hæc fiant.

14. Nullus servus, (72) nullus libertus, nullus infidus, nullus criminibus irretitus, nullus calumniator, nullus qui inimicitias studet, nullus qui frequenter litigat, et ad causandum vel detrahendum est facilis, nulla infamis persona, nec non et universi quos ad causanda publice crimina leges publice non admittunt, permittatur episcopos accusare. Quoniam accusatores et accusationes, quas leges sæculi non recipiunt, qua ratione sacerdotalis eas recipere debeat ordo invenire neque, cum hæc et in Nicæna synodo prohibita sint, et illi magis ab istis, non isti ab illis judicari debeant, cum Apostolus dicat: *Spiritualis iudicat omnia, ipse vero a nemine iudicatur*<sup>62</sup>.

15. Hæretici, a quibus nimium opprimimur, excommunicatique, homicidæ, (73) malefici, fures, sacrilegi, raptores, venefici, adulteri, et qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad sortilegos magosque se contulerint, nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium erunt admittendi.

16. Non ita in ecclesiasticis (74) agendum est negotiis sicut in sæcularibus. Nam in sæcularibus, postquam legibus vocatus, et in foro decertare cœpit aliquis, non licet ante peractam causam recedere. In ecclesiasticis vero, dicta causa recedere licet, si necesse fuerit, aut si se prægravari viderit.

17. Quotiescunque (75) episcopus super certis accusatur criminibus, si tales fuerint accusatores, qui juste et canonice recipi debeant, legitima in synodo suo in tempore congregata, ab omnibus canonice audiat, qui sunt in provinciis episcopi. Quod si legitimi non fuerint accusatores, non fatigetur episcopus, quia sacerdotes ad sacrificandam vacare debent, non ad litigandum. Nec illi, qui throni Dei vocantur, pravorum hominum insidiis

<sup>61</sup> Exod. xiiii, 1. <sup>62</sup> I Cor. ii, 15.

(66) Carth. iii, 7.

(67) Rom. v, sub Symmacho.

(68) Anianus in c. 1, t. 7, l. 16, cod. Theod.

(69) Damas. epist. ad Illyricos.

(70) Adrian. 4 et 15.

(71) Adrian. col. 23 et 15.

(72) Carth. vii, c. 2.

(73) Adr. col. 65.

(74) Leo, ep. 54.

(75) Adr. 27.

turbari deent, sed libere Christo Domino famulari.

18. Quoquam provincialibus episcopis, una cum eorum metropolitano suae provinciae causas episcoporum, liceat charitative et concorditer agitare; non tamen, sicut in praedicta, te praesente, constitutum est synodo, licet definire, absque Romani pontificis auctoritate. Quod si secus a quibusdam praesumptum fuerit, ipsi qui hoc egerunt, suae praesumptionis suscipiant damnum. Et illi, qui ab eis perperam excommunicati aut damnati fuerint, auctoritate hujus sanctae sedis, et beati praepceptoris nostri clavigeri Petri potestate solvantur atque restituantur. Ipse enim ait Dominus: *Quaecumque solteris super terram, erunt soluta et in terra et in caelis* <sup>44</sup>.

19. (76) Quoties episcopi se a suis comprovincialibus, vel a metropolitano putaverint praegravari, aut eos suspectos habuerint, mox Romanam appellent solum. Ad quam eos absque ulla detentione, aut suarum rerum ablatiōe, obedire liceat. Et dum ad praedictam Romanam matrem appellaverint Ecclesiam, aut ab ea se audiri exposcerint, nullus eos, aut excommunicare, aut eorum res auferre, aut aliquam vim inferre eis praesumat, antequam horum causa Romani pontificis auctoritate finiatur. Quod si aliter a quoquam praesumptum fuerit, nihil erit, sed viribus carebit. Nam nec hoc perperam praesumimus, sed et ipsum in Nicæna synodo constitutum, et antecessores nostros egisse, bene, Athanasi, nosti, quando tu et Paulus Constantinopolitanus, Asclepius Gazæ, et Lucianus [Lucius] Adrianopolites, ab episcopis Orientalibus inconsulto sanctae memoriae Julii praedecessore nostro damnati estis, et ad eum, quasi ad totius orbis caput, ut semper huic sanctae sedi licitum fuit, confugistis. Cognita eorum nequitia, et vestra justitia, vos in communione suscepit, et omnium vestrarum curam gerens, propter sedis propriae dignitatem suas singulis reddens Ecclesias, Orientalibus scripsit, culpans eos quod non recte tractassent, viros inculpabiles de suis Ecclesiis expellentes, et constituta Nicæni concilii minime conservantes. E quibus ad certum diem nonnullos sibi met adesse praecipit, ut de talibus praesumptionibus certam redderent rationem, et coram eis ostenderet, justum se super eis protulisse decretum. Determinatum est etiam, non talia deinceps fratres esse passuros. Et nisi ab hujusmodi praesumptionibus cessarent, a propriis esse gradibus eos recessuros. Tali enim hujus sanctae sedis privilegio, et tu et fratres tui proprias recepisti Ecclesias, cum omnibus ad vos pertinentibus. His enim et aliis quam plurimis documentis, manifestum est, nullum damnari, aut suis exposulari rebus debere episcopum, **614** qui hanc san-

ctam sedem interpellaverit, aut sibi defensatricem asciverit, donec iudicium de eo nostrae apostolicae auctoritatis, hoc est, principis apostolorum Petri agnoscat. Quia solum Christus Jesus huic sanctae sedi, id est apostolicae, hoc facere commisit. Utpote quoniam solus, atque praeter omnibus praefatus princeps apostolorum creditus est, atque percipere meruit a Rege regum Christo claves regni caelorum.

20. De iudiciis vero episcoporum super quibus consulistis, diversas a Patribus regulas invenimus institutas. Quidam enim ad repellenda impetitorum machinamenta, et suas praeparandas responseones, et testes confirmandos, et concilia episcoporum atque amicorum quaerenda, annum aut sex menses mandaverunt concedi; quidam autem annum, in quo plurimi concurant. Minus vero quam sex menses non reperi, quia a laicis haec indulta sunt, quanto magis Domini sacerdotibus? Nam et a nostris antecessoribus, atque reliquis sanctis Patribus multoties inhibitum est, ne quis Domini sacerdotibus detractiones irroget, quanto magis accusationes non ex radice charitatis prolatis? Quiescite, inquit, et nolite persequi eos, qui Deo perfecte ministrant, quorum orationibus et terrena bella sedantur, et recedentium a Deo angelorum pelluntur incursus, quique omnes daemones, qui corrupti sunt, praecum assiduitate confundunt. Inducite namque non sub angusto tempore, sed sub longo spatio concedendae sunt, ut accusati se praeparare, et universos communicatores in provinciis positos convenire, et testes praeparare, atque contra insidiatores se pleniter aruare valeant.

21. Iudices enim, et accusatores tales esse debent, qui omnium careant suspitione, et ex radice charitatis suam desiderant promere sententiam. His igitur tam legaliter, quam et enouice prolatis, etiam omnium Christianorum reverentiam congruere deprecimur, spiritali intercedente dilectione, et timore Dominico, per quem humana removetur offensio, et Ecclesiarum aedificatio praeponeatur universis, ut magis universi aedificationem fratrum laborent, quam ad damnationem, quoniam ait Dominus: *In hoc cognoscet omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem* <sup>45</sup>. Jam enim forum dedimus, et a praedecessoribus nostris datam esse cognovimus, ut si quis se agnoverit Christianum, illum servet, quod ab apostolis noseitur esse traditum, dicente apostolo Paulo: *Si quis vobis annuntiaverit, praeterquam quod accepistis, anathema sit* <sup>46</sup>. Christus enim Dei Filius Dominus noster, humo servi, quod ab apostolis salutem plenissimam condonavit, ut nos liberaret. Ut si in tantum nos dilexit, ut etiam proprio Filio suo non parceret, sed pro nobis omnibus illum traderet, ut nos liberaret, ut quid nos non diligimus

<sup>44</sup> Matth. xvi, 19; xviii, 18. <sup>45</sup> Joan. xiiii, 35.

<sup>46</sup> Galat. 1, 8.

(76) Item ex Adriano.

fratres, aut eos temere judicamus? cum prædictus A  
 dicat Apostolus: *“Nolite judicare invicem, sed hoc  
 magis judicate, ne ponatis offensiculum fratri vel  
 scandalum”*. Nam si illi qui fratres diligunt, ex  
 Deo nati sunt, et vident Dominum; quid ergo erunt  
 illi qui eos persequuntur, et eos detrahendo, machi-  
 nando, accusando, infestando, damnare mol-  
 liuntur? Si illi filii Dei, procul dubio filii sunt  
 diaboli, qui ut semper *sicut leo rugiens circumit,  
 quaerens quem devoret*, ita fratres insequuntur,  
 ut perdant. Qui vero adjuvare fratres refugunt,  
 majus peccatorum onus acquirunt, et fraterni so-  
 latii rei existunt: *Væ, inquit Propheta, qui po-  
 tum dat amico suo, miscens fel suum*. Et iterum  
 sapientissimus Salomon ait: *Quoniam qui loquitur  
 iniqua non potest latere, nec præteriet illum corri-  
 piens iudicium. In cogitationibus ergo impij inter-  
 rogatio erit. Sermonem autem illius ad Deum præ-  
 meditatio, ad correptionem iniquitatum illius, qui  
 acribus zeli audit omnia, et tumultus murmurant-  
 ium non absconditur*. Hæc enim si amplecti vo-  
 luissent, proprio et sano sensu, ad reprobum sen-  
 sum minime laberentur, sed per Dei timorem ser-  
 monum suorum præcavescentes custodiam, piam  
 sanctorum Patrum definitionem sine quadam præ-  
 sumptione nocumenti utrique conservarent, quo-  
 niam dicit sacrum eloquium: *Consilium bonum  
 conservabit te, et mens bona custodiet te*. Non  
 enim de fontibus salutaribus spiritualiter ad acqui-  
 sitionem æternæ vitæ procedunt, tales accusatores,  
 et detractores, atque ideo competenter nos beatus C  
 Paulus apostolus admonens, ait: *Non debere plus  
 sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrieta-  
 tem* in definitione pietatis perdurantes. Qui

enim hanc præterierunt, non tantum læsi deci-  
 dentes a corroboratione sua, sed insipientiæ suæ  
 dereliquerunt omnibus memoriam, ut his, quibus  
 peccaverunt, minime latere potuissent: *Gloria  
 enim et contumelia in loquela, et in lingua hominis  
 casus illius est*. Ideoque conveniens est hanc  
 ostentationem, et reprehensionem illorum nostris  
 actibus inseri, ne ulterius jam talia patiamini, æ-  
 minantibus eis zizania, et scandala, sed letari in  
 officiis et dogmatibus vestris mereamini. Igitur erubescant talia, et hujusmodi blasphema subtrahere  
 festinent, si noluerint a sacerdotali nostro collegio  
 segregari, et a totius Christiani populi societate di-  
 velli. Licet namque de his plura et pernecessaria,  
 quæ in decretis sedis apostolicæ, et ab apostolis  
 eorumque successoribus nostris ubilibet prædeces-  
 soribus statuta inveniuntur, dicere et conscribere  
 potuissemus, tamen melius nobis visum est, ut  
 epistolam oratione claudamus. Deus omnipotens,  
 et unus unigenitus Filius et Salvator noster Jesus  
 Christus, vobis tribuat incitamentum, ut omnibus  
 fratribus et coepiscopis nostris, quibuscunque tri-  
 bulationibus laborantibus, totis succurratis viri-  
 bus, et cum eis compatientes, crucem ejusdem  
 Domini Salvatoris portetis, ut veri ipsius discipuli  
 coram omnibus appareatis. Ut et vos, et qui vobiscum  
 sunt, hic et in futuro mellora possideatis, *quæ oculus  
 non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascen-  
 derunt, quæ præparavit Deus diligentibus se*. Per  
 Dominum nostrum Jesum Christum, per quem et  
 cum quo omnipotenti Deo Patri gloria in sæcula  
 sæculorum. Amen. Valere vos opto, fratres charis-  
 simi. Data Idibus Februarii, Agathio, et Juliano,  
 viris clarissimis, consulibus.

<sup>11</sup> Rom. xiv, 13. <sup>12</sup> I Pet. v, 8. <sup>13</sup> Habac. iii, 15. <sup>14</sup> Sap. i, 8-10. <sup>15</sup> Prov. ii, 11. <sup>16</sup> Rom. xii, 3. <sup>17</sup> Eccl. v, 15. <sup>18</sup> I Cor. ii, 9.

## 615 IN VITAM BEATÆ SYNCLETICÆ ADMONITIO.

Vitam beatæ Syncleticæ antiquissimum esse opus suadent Vitæ Patrum lib. v et vi, apud Rosweidum, et ipsæ sane antiquissimæ, circa sextum sæculum Latine translatae; ubi complura subinde occurrunt ex Vita beatæ Syncleticæ mutuata. Ejus auctores varii assignuntur, ex quorum numero Athanasius, qui ut vi et præstantia nominis cæteris longe antecellit: inde sane contigit ut, neglectis penè aliis, quibuspotiori forte jure hoc opusculum tribueretur, a multis nec ignobilibus scriptoribus Athanasio ascribatur. Nec prætermittendâ Nicephori Callisti verba: *Κβ. viii, c. 40: Τὴν Ἀντωνίου φιλοσοφίαν ὁ τὰ πάντα ἄριστος Ἀθανάσιος, καὶ αὐτῷ διαφερόντως φιλοῦμενος, πρὸς λεπτὴν ἱστορίᾳς ἐξέδωκε τὰς μετὰ βασιμῶν πάλας αὐτοῦ, καὶ τὰς ἐξευρημένας τέχνας αὐτῷ κατ' αὐτῶν, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ βίου τεράστια, καὶ πάνθ' ἑκατοτα διαγράψας· ὡς ἕρον εἶναι μοναδικῆς πολιτείας τὸ σύγγραμμα. Ὅποια δὲ ὁ αὐτὸς Ἀθανάσιος κἀν τῷ βίῳ Συγκλητικῆς ἔπραξεν· ἀνδρῶν μὲν πολιτείας ἐντεῦθεν, γυναικῶν δ' ἐκτεῦθεν ὑποτιθεῖς, ὡς ἐν πλάσματι διηγῆσθαι. Id est, Antonii philosophiam vir longe præstantissimus Athanasius, qui etiam ipsi fuit charissimus, pluribus descriptam edidit, conscripsitque ejus adversum dæmones certamina, quasve artes ad ipsos debellandos adinvenerit, necnon alia vitæ illius prodigia minutatim enarrata: adeo ut liber ille sit quasi vitæ monasticæ norma. Cujusmodi item sunt quæ idem Athanasius descripsit in vita Syncleticæ: in priore quidem libro virorum vivendi rationem; in sequenti vero mulierum proponens, quasi sub forma narrationis. Præterea in codice Vaticano 825, teste Holstenio in animadversis ad Martyrologium Romanum, hæc vita Athanasii nomen præfert: itemque in bibliothecâ Scorialensis exemplari, quod memorat Alexander Barvoetius in catalogo illius Bibliothecæ, ad cuius fidem David Coltritus Latinam interpretationem suam adorsuirit, editam a Bollandis ad 5*

Januarii. Hæc quantulacunque sint testimonia, exigui aut nullius momenti videbantur iis qui vel primoribus labris Athanasii stylium orationisque genus attigerint; tantum scilicet abhorret hoc opusculum ab Athanasiana illa eloquentia, sale, gravitate. Ad hæc nullus assignatur scriptor, ad quinque sexve sæcula post Athanasii ætatem qui id operis tribuat Athanasio. Tradit autem Holstenius in alio codice vetustissimo Cryptoferratenis bibliotheca: Vaticanæ num. 1589, eam vitam adjudicari Polycarpo ascetæ. Codex autem quo est usus Cotelierius qui tomo I Monumentorum ecclesiæ Græcæ vitam Syncreticæ evulgavit, nullum præferi auctoritas uomen. In Schedis vno Combesianis quarum perhumaniter nobis copiam fecit vir eruditus R. P. Lequien ex Ordine Prædicatorum ad calcem operis hæc leguntur: Hucusque qui ex sancta (Syncretica) per beatum Arsenium Pegadensem prodierunt sermones: unde forte inferatur Arsenium illum gesta dictaque Syncreticæ collegisse. Qui Arsenius longe diversus esse videtur a prisco illo Arsenio monacho qui quarto sæculo floruit. Cæterum multa uti dîzimus in v et vi Rosweidi libro ex hoc Opere ad verbum excerpta leguntur, quæ nos ad marginem pro facultate notarimus. Similiter in Apophthegmatibus Patrum, et in Scholiis ad Joannem Climacum identidem laudatur Vita sanctæ Syncreticæ.

#### VITA ET GESTA SANCTÆ BEATÆQUE MARGISTRÆ SYNCRETICÆ.

1. Par esset omnes homines bonarum rerum esse peritos. Ita enim in negotiis exercitati, vitam transigerent absque detrimento. Nam simplicioribus multa peritiles res sunt occultæ, quod ideo illis obvenit, quod ex socordia bebetiore sint mente. Enimvero plerumque pretiosæ margaritæ, in pauperes vilesque viros inciderunt, qui ex artis imperitia, eas nihili nauicque fecerunt. Nos itaque qui animo sumus puerili et imperito, cum incidissemus in hanc margaritam, noui magni faciebamus illam, dum solam speciem attenderemus, et a naturæ dignitatibus illius notitia multum abessemus: ubi autem paulatim ejus propius pulchritudinem spectantes, præstantiam edocelamur, divino erga perceptam rem amore accendebamur. Ipsæ namque res mentem nostram ad desiderium inflammabant.

2. Quorsum autem loquar de præsentibus, aut ne illis adnumerem, quasi nos aliquid sciamus, aut eloqui valeamus de præclara et beata Syncretica? Omnium quippe hominum naturam, bonis ejus operibus recensendis imparem arbitror. Quod si quis de illa loqui aggrediatur, quantumvis sapiens sit ac peritus, longissime aberit a re proposita exsequenda. Quemadmodum enim qui solem intentius respicere volunt, oculorum damno afficiuntur, ita etiam qui ejus vitam contemplari nituntur, ob præclare gestorum præstantiam, **616** vertigine correpti, cedentes demum ac viribus destituti, in mentis incidunt perturbationem.

3. Nos autem pro viribus nostris ejus vestigia consecrati, et ab ejus æqualibus de primæva ejus ætate paucis eruditi, ex ipsisque rebus aliquantulum illustrati, scribere ingredimur, nobisque ipsis salutarem cibum recondimus. Nam pro dignitate illius eloqui, non impossibile modo nobis est, sed multis aliis perarduum ac difficile.

4. Quæ cælestis συγκλήτου seu senatus nomen habet, ex Macedonia oriunda est. Majores siquidem ejus audire Alexandrinorum erga Deum et Christum amore, ex Macedonia in Macedonis urbem

#### ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΚΑΙ ΜΑΚΑΡΙΑΣ ΚΑΙ ΣΙΔΑΣΚΑΛΟΥ ΣΥΓΚΡΗΤΙΚΗΣ.

1. Ἐδει πάντας ἀνθρώπους τῶν καλῶν μὴ ἀμύητους ὑπάρχειν. Οὕτως γὰρ ἂν ἐγγεγραμμάμενοι τοῖς πράγμασιν εἰ εἴεν, τὸ ἀζήμιον εἶχον ἐν βίῳ καὶ γοῦν τοὺς ἀμαραιοτέρους τὰ πολλὰ τῶν χρηστῶν διδραθεν. Τοῦτο δὲ πεπόνθασιν ἐκ τοῦ τὴν διάνοιαν αὐτοῖς ἀμβλυωτέραν καθεστάναι ὑπὸ τῆς ἀμελείας. Πολλὰκις γὰρ καὶ μαργαρίται πολυτίμοι εἰς πένητας παρήλθον ἀνδρας. Οἱ δὲ ἀδοκίμαστον τὴν περὶ τούτων εὐχρην ἔχοντες, ὡς μικρῶν τιμῶν καὶ οὐδαμυνῶν κατεφρόνησαν. Ἡμεῖς γοῦν, νηπίαν καὶ ἀνάσκητον ψυχὴν ἔχοντες, τῷ παρόντι ἐντυγχάνοντες μαργαρίτην, οὐδὲν μέγα τοῦτον θεωροῦμεν, τῷ σχηματι μόνῳ ἐνατενίζοντες, τῆς δὲ φύσεως αὐτοῦ, ὅσον πρὸς γνῶσιν, μακρῶν τυγχάνοντες. Ὡς δὲ κατ' ὄλιγον ἐκ τῶν πλείας ἐδιδασκόμεθα τὸ κάλλος αὐτοῦ, θεὸς ἔρωσ καὶ ἡμῖν ἐνεγεννᾶτο πρὸς τὸ ὁφθῆναι· καὶ γὰρ αὐτὰ τὰ πράγματα ἐξωπύρει ἡμῶν πρὸς τὸν πόνον τὴν διάνοιαν.

2. Τί δὲ λέγω τοὺς παρόντας, ἧ καὶ ἐαυτὸν συγκαταριθμῶ τούτοις, ὡς τὸ εἰδόντων ἡμῶν καὶ λεγόντων περὶ τῆς αἰδέιμου καὶ μακαρίας Συγκλητικῆς; Οἴμαι γὰρ πᾶσαν ἀνθρώπων φύσιν λειπεσθαί πρὸς διηγήσιν τῶν ἀγαθῶν αὐτῆς πράξεων. Εἰ δὲ καὶ τις ἐπιχερήσει λέγειν τὴν περὶ αὐτῆς, πολὺ μὲν καὶ ἀπειρον ἀπολειφθήσεται τῶν ζητούμενων, κἴν σοφός, κἴν ἐπιστήμων τυγχάνη. Ὅσπερ γὰρ οἱ τῷ ἡλίῳ ἀτενίσαι βουλόμενοι τὰς ὄψεις βλάπτονται, οὕτως καὶ οἱ κατοπτρίζεσθαι τῷ βίῳ ταύτης παύρομενοι, ὑπὸ τοῦ μεγέθους τῶν κατορθωμάτων διαγίγισσαντες, ὑπενδόντες ἢ καὶ ἀτονήσαντες, σύγχυσιν ὑφίστανται τῇ βιοίᾳ.

3. Ἡμεῖς δὲ κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν ἰληηλατοῦντες τὰ κατ' αὐτὴν, καὶ ἐκ τῶν συνηλικῶν δὲ αὐτῆς τὰ κατὰ τὸν πρῶτον βῆμα ἀπορητιῶς ἀκούσαντες, καὶ ἐξ αὐτῶν δὲ τῶν πραγμάτων ἀμυδρῶς καταυασθέντες, ἐπὶ τὸ γράφειν ἔκρομεν, ἑαυτοὺς τροφὰς σωτηριώδεις ἀποθησαυρίζοντες. Τὸ μὲν γὰρ κατ' ἄβυσσον αὐτῆς λέγειν οὐ μόνον ἡμῖν ἀδύνατον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πολλοῖς δυσχερές.

4. Ἡ τῆς οὐρανόου συγκλήτου ἐπάνυμος, χώρας τῆς Μακεδονίας τυγχάνει. Ἀκροπότον γὰρ τῶν προγόνων αὐτῆς τὸ φιλόθεον καὶ φιλόχριστον τῶν Ἀλεξανδρέων, κατελάμβανον ἐκ Μακεδόνων τῆν τοῦ Μικεδόνος πό-



λιν. Ἐπαύσαντο δὲ αὐτὸν τῆ γῆρας, καὶ μετὰ εὐρύ-  
 τεος τῆς φήμης τὰ πράγματα, φιλοφρόνως ἔκοιον αὐ-  
 τῆν. Οὐ πλῆθει δὲ ὄμων συνέχαιρον, οὐτε μὴν οἰκη-  
 μάτων θαυμάζον μέγθος· πιστὶν δὲ μονότροπον  
 εὐρύστεον σὺν εὐλακρονί ἀγάπῃ, δευτέραν ἔθεντο τὴν  
 οικίαν τῆς μετοικίας.

5. Ἦν δὲ καὶ τῷ γένει περιβλεπτος ἡ μακαρία  
 Συγκλητικὴ, καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ τοῖς κατὰ τὸν κόσμον  
 τερπνοῖς νομιζομένοις ἐκεκλόμετο. Παρῆν δὲ αὐτῇ  
 καὶ ἀδελφῆ ὁμόφρων ἄμα, καὶ ἀδελφοὶ δύο, σεμνο-  
 τάτη καὶ αὐτοὶ ἀναχθέντες βίω· ὧν ὁ μὲν εἰς, ἐν τῇ  
 παιδικῇ ηλικίᾳ τυγχάνων, ἀπεγένετο· ὁ δὲ ἑτερος,  
 ἐπιθὰς πέμπτη καὶ εικοστῇ ἔτει, παρὰ τῶν γονέων  
 εἰς γάμον παρεκαλεῖτο· καὶ πάντων πρὸς τὸ ζητού-  
 μενον εὐτερπισθέντων, καὶ τῶν ἐξ ἔθνους συμβολι-  
 κῶν ἐκτελουμένων, ἀπῆλθι τὸ νέος ὡπρεθ ὄρων ἐκ  
 βρόχων, ἀνταλλαγῆν ποιησάμενος τῆς ἐπιγείου νό-  
 μως, τὴν ἀμωμον καὶ ἐλευθερίαν τῶν ἁγίων σύνδοον.

6. Αὐτῇ δὲ ἔτι ἐν ταῖς παρφόιαις ἀγκύλαις τυγχά-  
 νοσα, φιλοθετὰ μὲν τὸ πρῶτον τὴν ψυχὴν ἵσχετο·  
 καὶ οὐχ οὕτω τὰς τοῦ σώματος ἐπιμελείας ἵπνοειτο,  
 ὡς τὰς τῆς φύσεως ὁρμὰς ἐπετρεῖται.

7. Ἦν γάρ καὶ κατὰ τὸ σῶμα περικαλλεστάτη, ὡς  
 καὶ πολλοὺς αὐτῇ μνηστῆρας προζέειν κατὰ τὴν  
 πρώτῃν ηλικίαν· τοῦτο μὲν ὑπὸ τῆς περιουσίας δε-  
 λεαζομένου, τοῦτο δὲ καὶ ὑπὸ τῆς τῶν γονέων κο-  
 σμιότητος, καὶ πρὸς ἐπὶ τοῦτοις ὑπ' αὐτῆς τῆς κόρης  
 τοῦ κάλλους ἐξαπτομένους. Καὶ τοῦν οἱ γονεῖς ἀμέ-  
 νως προετρέποντο τὴν νῆαν εἰς γάμον, αὐτὸ τοῦτο  
 ἐπέχοντες, ὡς ἐξ αὐτῆς τὴν τοῦ γένους διαδοχὴν αὐ-  
 τῆς φυλατῆσαι. Ἦ δὲ αὐφρων καὶ γενναία τῷ φρο-  
 νήματι, οὐδόως συνεπιθετο ταῖς τοιαύταις τῶν γο-  
 νέων συμβουλαῖς· ἀλλὰ γάμον ἀκούουσα κοσμηκῶν,  
 γάμον θεῶν ἐξαντάζετο· καὶ πολλοὺς μνηστῆρας  
 παροῶσα, εἰς μόνον τὸν οὐράνιον νυμφῶν εἶχε τὸ  
 νῆμα.

8. Καὶ ἦν ἰδὲν τῆς μακαρίας Θέκλης γνησίαν μα-  
 θητριαν, τοῖς αὐτοῖς αὐτῇ ἐπομένῃν διδάγμασι. Καὶ  
 γὰρ τῶν δύο εἰς μνηστῆρ ἦν ὁ Χριστὸς, καὶ αὐτὴς ἦν  
 τῶν ἀμφοτέρων νυμφαγωγὸς Παῦλος· οἶμαι δὲ καὶ  
 τὸν θάλαμον αὐταῖς μὴ ἐναλλάττειν· εἰς γὰρ αὐταῖς  
 πασὴς ἡ Ἐκκλησία, καὶ ὁ αὐτὸς Δαβὶδ μεληθεῖ ἐπ'  
 ἀμφοτέρων τὰ σεμνά καὶ θεῖα ἄγματα. Καὶ γὰρ ἐν  
 κυμβάλους εὐφχῆς τέρπει τὰς Θεῶν ἀναπειθείας ψυ-  
 χὰς, καὶ ἐν τυμπάνους καὶ ἐν δεκαχόρδους ψαλτηρίοις  
 τὴν τελειοτάτην ψῆδὴν ἀναπέμπει. Μαρτῆρ δὲ τοῖς  
 ἱεροῖς τοῦτοις γάμοις τὰς χορευτρίαις εἰσάγει, λέ-  
 γουσα· Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ· ἐνδύξω γὰρ δεδύ-  
 ξωται. Καὶ τὰ ἴαζα δὲ τοῦ θεοῦ δείκνουν κοινὰ τοῖς  
 ἐσωμαμένους· Γεύσασθε γὰρ, καὶ ἴδετε, οὐδεὶς χρῆ-  
 στός ὁ Κύριος. Καὶ ἡ τῶν νυμφικῶν δὲ αὐταῖς πε-  
 ριδημάτων μία τις ὄψη· Ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν  
 ἐβαπτίσθησαν, Χριστὸν ἐνεδύσαντο. Ὅμοιότροπος  
 σὺν αὐταῖς ἦν ἡ πρὸς Κύριον ἀγάπη· τῶν γὰρ αὐτῶν  
 ἡξιοῦντο δωρεῶν· ἀλλὰ καὶ τοῖς αὐτοῖς ἀγῶσιν ἠμυ-  
 λῶντο. Τὰ μὲν γὰρ τῆς μακαρίας Θέκλης οὐδενὶ ἠγγύ-  
 ται μαρτύρια, ὡς δεῖ πῶρος καὶ θρητῶν ἀτίεστων

concesserunt. Quo cum pervenissent, ac res ipsæ  
 fama majores comperissent, libentissime isthic se-  
 des staturerunt. Non illi de populi frequentia gau-  
 debant, nec ædium amplitudinem mirabantur, sed  
 unanimi fide sinceræque charitate reperta, incolæ  
 patriam posthabuere.

5. Erat porro beata Syncletica cum genere il-  
 lustris, tum aliis quæ inter vitæ commoda compu-  
 tantur instructa. Erat illi soror una concors ac  
 ejusdem animi, et fratres duo, ipsi quoque vita  
 honestissima educati, quorum alter ætatem agens  
 puerilem diem obiit; alter vero ubi vicesimum  
 quintum attingit annum, a parentibus ad nuptias  
 destinatus est. Cumque essent omnia ad id negotii  
 parata, pactionesque de more essent factæ, evola-  
 vit adolescens tanquam avis ex laqueis, et sponsum  
 terrestrem cum inculpato liberoque sanctærum  
 cætu commutavit.

6. Ipsa porro dum paternis adhuc ulnis hære-  
 ret, jam primum animum exercebat in amore Dei,  
 nec tantam corporis curam, quantam animi moti-  
 bus observandis sollicitudinem ponebat.

7. Erat namque forma corporis elegantissima; adeo  
 ut sub primam adolescentiam multi ad eam  
 accederent proci, partim opibus, partim parentum  
 dignitate permoti, ad hæc puella pulchritudine ac-  
 censi. Ipsi quoque parentes placide juveniculum ad  
 nuptias hortabantur: ea mente instantes, ut ex  
 illa sibi generis successio superesset. At illa pu-  
 dica et animo generosa, nullatenus ejusmodi pa-  
 rentum consiliis obtemperabat; quinimo auditis  
 mundanis nuptiis, divinas cogitabat: ac multos il-  
 los despiciens procos, in unum cælestem sponsum  
 nutu et animo propendebat.

8. Videre erat beatæ Theclæ germanam discipu-  
 lam, eadem quam illa documenta sequentem. Am-  
 barum namque una pronuba erat Christus, idem  
 ambarum paranympus Paulus: quin earum thala-  
 mon nihil diversum arbitror: iis enim communis  
 torus Ecclesia. Ipseque David de utraque, gravia  
 divinaque cantica modulatur. In cymbalis namque  
 bene sonantibus oblectat animas Deo consecratas,  
 et in tympanis ac decachordis psalteriis perfectis-  
 simum occinit carmen. Maria vero sacris hisce  
 nuptiis choreas inducit dicentium: *Cantemus Do-  
 mino; gloriose enim magnificatus est* 66. Ferula  
 quoque divinæ cœux, communia epulantibus:  
*Gustate enim, inquit, et videte quoniam suavis est  
 Dominus* 67. Præterea sponsalium indumentorum  
 una utriusque textura, erat: *Quicumque enim in Chri-  
 sto baptizati sunt, Christum induerunt* 68. Par item  
 illis erga Dominum charitas, eisdem quippe mun-  
 neribus ornata: erant: imo etiam iisdem certamini-  
 bus contendebant. Et quidem beatæ Theclæ nemini  
 ignotum martyrium et cruciatum, quod per ignem

66 Exod. xv, 1. 67 Psal. xxxiii, 9. 68 Galat. iii, 27.

ferasque indomitas decertaverit : nec hujus quoque virtutis causa susceptos labores sudoresque, multis latere existimo. Cum enim unus eis Salvator esset, cujus desiderio flagrabant, necessario unus quoque illis erat adversarius diabolus. Ac quidem in Thecla mitiores 617 fuisse labores existimo. Expugnata quippe fuit inimici malitia, per exteriora cum ea congressi : hic vero acerbiolem prodebat malitiam, interiore pugna per exitiosas cogitationes congressus.

9. Non fascinavit oculos ejus pretiosæ vestis textura, neque gemmarum varii colores : non aures ejus cymbalum deceptit, ne que tibia animi vigorem solvere potuit : non parentum lacrymæ, non cognatorum quævis cohortatio ejus emollivit animum ; sed adamantina mente instructa, nequaquam animo fracta est : cunctosque sensus suos, quasi fenestras occultens, cum Sponso suo seorsim colloquebatur, his Scripturæ verbis usa : *Ego dilecto meo, et dilectus meus mihi* 10. At ubi fumosæ tenebrosæque confabulationes occurrerant, eas refugiebat, ad interna animi cubicula sese recipiens. Ubi vero lucidæ fructuosæque adhortationes comparebant, totam pandebat mentem, ut oblata verba susciperet.

10. Neque vero negligebat salutarem corporis medelam ; nam ita jejuniæ amans erat, ut ex præsentibus nihil ipsi par esset. Illud nempe pro custodia habebat, et pro fundamento cæterorum omnium. Ac si quando necessitate cogente extra consuetam horam aliquid alimenti sumeret, secus illi ac comedentibus accidebat : pallebat quippe vulnus, corporisque moles minuebatur. Nam movente contristato, una immutatur et languescit id quod movetur ; quolibet enim modo principium affectum fuerit, quæ ex illo pendent pari ratione subsequuntur. Quibus namque oblatum cibus voluptati est, iis vegetus corporis habitus est : qui contra affecti, iis caro macie confecta et tenuis est. Mihi loquenti fidem faciunt infirmi. Hæc igitur beata Virgo cum elanguido esse corpore curaret, animæ vigorem præferrebat, idque juxta Apostoli dictum : *Quanto is qui foris est noster homo corruptipitur, tanto is qui intus est, renovatur* 11. Ita igitur ejusmodi certamen inibat ut vulgi oculis lateret.

11. Postquam vero parentes ejus finem vivendi fecerant, majore Dei impulsu permota, suam secum sumit sororem, quæ erat experta colorum usu : relictaque paterna domo in consanguinei cujusdam monumentum ingreditur ab urbe remotum, cumque sibi relicta bona, vendita pauperibus distribuisset, accito quodam presbytero, comam sibi capitis totondit. Tunc ornatum omnem et mundum abjecit ; solent enim mulieres, mundum appellare capillos.

10 Cant. II, 16. 11 II Cor. IV, 16.

(77) Sic Coteler. Combefis. vero κορυβεντιάσατα.

αὐτὴν ἐνήθληκέναι· καὶ ταύτης τοὺς ἐναρετοὺς πόνοους τε καὶ ἰδρωτάς οἶμαι τοὺς πολλοὺς μὴ λανθάνειν. Εἰ γὰρ εἰς Σουλτὴρ ἦν αὐταῖς ὁ ποθοῦμενος, ἀναγκαίως καὶ εἰς αὐταῖς ὁ ἀντιτασσόμενος. Καὶ τῇ μεθ' ἑξῆς πρᾶξιτέρως ὑπολαμβάνω τοὺς πόνοους· καθήρητο γὰρ ἡ τοῦ ἔχθρου κακία, διὰ τῶν ἐκτός αὐτῆ προσομιλούντος· ἐνταῦθα δὲ δριμυτέραν αὐτοῦ τὴν κακίαν ἐπιδείκνυται, ἐκ τῶν ἐνδον διὰ τῶν ἐναντίων καὶ ὀλεθρίων αὐτοῦ λογισμῶν κινουόμενος.

9. Οὐκ ἐγοήτασεν αὐτῆς τὸ ἔμμα ποικίλης ἐσθῆτος ὕφης, οὐδὲ λίθων πολυτελῶν διάφορα χρώματα· οὐκ ἠπάτευσεν αὐτῆς τὴν ἀκοὴν κύμβαλον, οὐδ' αὐτὸς διαλύσαι δεδονηται τὸν τῆς ψυχῆς αὐτῆς τόνον. Οὐκ ἐμάλαξεν αὐτὴν γονέων δάκρυα, οὐδὲ ἑτέρα τις συγγενῶν παραίνεσις· ἀλλ' ὡσπερ ἀδάμαντα τὸν λογισμῶν ἔχουσα, οὐ παρεστράτη τὸν νοῦν· καὶ ὡσπερ θυρίδας τὰς πάσας αἰσθηθείας αὐτῆς ἀποκλείουσα, τῇ αὐτῆς νομῆσιν καταμόνας προσωμίλει, τὸ γραφικὸν ἐκείνου λέγουσα· Ὁς ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῶ μου, καὶ ὁ ἀδελφιδός μου ἐμοί. Καὶ εἰ μὴ καπνώδεις καὶ σκοτειναὶ ὀμίχλαι παρῆσαν, ταύτας ἀπέφευγε, τοὺς ἐνδον ταμείους τῆς ψυχῆς αὐτῆς συνάγουσα· ἔπου δὲ φωτεινὰ καὶ ἀπαυλεῖς παραίνεσις ἐτύχωνον, πᾶσαν αὐτῆς τὴν διάνοιαν ἔτεινε πρὸς ὑποδοχὴν τῶν λεγομένων.

10. Οὐκ ἤμελει δὲ καὶ τοῦ κατὰ τὸ σῶμα σωτηρίου φαρμάκου· τὴν τε γὰρ νηστείαν οὕτως εἶχε φιλῆν, ὡς μηδένα αὐτῆ τῶν παρόντων ἴσον τυγχάνειν. Φυλακὴν γὰρ θεμιλίαν ταύτην ἔχειτο τῶν ἄλλων. Καὶ εἰ ποτε ἀνάγκης γενομένης παρὰ τὸν συνήθη καιρὸν ἐτρέφθη, τὸ ἐναντίον ὑψίστατο τοῖς ἐσθλοῦσιν· ὥχρια γὰρ αὐτῆς τὸ πρόσωπον, καὶ συνέταπτεν ὁ τοῦ σώματος θῆκος· τοῦ γὰρ κινουμένου ἀρηθισθέντος, συναλλοιοῦται καὶ τὸ κινούμενον. Ὅπως γὰρ ἂν ἡ ἀρχὴ διατεθῆ, ὡς ἐπίπαν ἀκολουθεῖ ταύτη καὶ τὰ ἐκ ταύτης ἔρτημένα. Οἷς μὲν γὰρ ἡ τροφὴ καὶ ἡ δόσιν γίνεται καὶ προσφέρεται, εὐβαλῆς ὁ τοῦ σώματος θῆκος ἐστίν· οἷς δὲ τὸ ἐναντίον συμβαίνει, ἀτροφος καὶ λεπτὴ ἡ σὰρξ τυγχάνει. Μαρτυροῦσι δὲ μου τῷ λόγῳ οἱ ἀδελφῶσται. Ἡ γοῦν μαχαρία αὕτη, νοσηλεύειν παιρωμένη τὸ σῶμα, τῇ ψυχῇ τὸ ἐκαθὲς ἔφερε· κατὰ γὰρ τὸν Ἀπόστολον λέγοντα ἐπράττειν· Ὅσῳ γὰρ ὁ ἐξώθεν ἡμῶν ἄνθρωπος φθείρεται, φθαίει, τοσοῦτον ὁ ἐκθρον ἀνακαίνουται. Οὕτω μὲν οὖν ἐνήθλει λανθάνουσα τοὺς πολλοὺς.

11. Ὅτε δὲ οἱ γονεῖς αὐτῆς τέλος ἔσχον τοῦ βίου, ἐπὶ πλεον θεοφορηθεῖσα (77) τῷ θεῷ φρονήματι, λαμβάνει καὶ τὴν ἀδελφὴν μεθ' αὐτῆς· ἦν γὰρ στερηθεῖσα τῶν ὀφείλων· καὶ τῶν μὲν πατέρων ὄκνον χωρίζεται· εἰς δὲ τινος συγγενοῦς αὐτῆς ἡρωεῖον ἀπωκισμένον τῆς πόλεως κατάγειται· καὶ διαπαλιήσασα πᾶσαν τὴν καταλειψθεῖσαν αὐτῇ οὐσίαν, καὶ διακεῖμασα τοὺς πένθησι, προσκαλεσθεῖσα τινὰ τῶν πρεσβυτέρων, ἀπέταμεν αὐτῆς τοὺς «λοκάμους». Τζα

την πᾶσαν κοσμησιν ἀπέθετο· ἔθος γὰρ ταῖς γυναῖκι A  
 κῶσμον καλεῖν τὴν τρίχα. Σύμβολον δὲ ἦν τὸ γινόμε-  
 νου τοῦ ἀπίρατον καὶ καθαρὰν τὴν ψυχὴν αὐτῆς  
 γεγενῆσθαι. Τότε μὲν οὖν πρῶτον ἠξιώθη τῆς παρ-  
 θενικῆς προσηγορίας.

12. Πῶσαν δὲ τὴν οὐσίαν αὐτῆς τοῖς πτωχοῖς δια-  
 νεύμασα, ἔλεγε· Μεγάλου μὲν ἤξιμας ὄνοματος· Τί  
 δὲ ἀναποδώσω ἐπάξιον τῷ δωρησαμένῳ, οὐκ ἔχω.  
 Εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν ἐκτὸς πραγμάτων, ἔσκεν δξιώματος  
 φθαρτοῦ, πᾶσαν αὐτῶν τὴν οὐσίαν ἀποβάλλουσι· πόσω  
 μᾶλλον ἐμὲ, τοσαύτης δξιώσεως χάριτος, οὐκ ἄρα  
 ἔδει μετὰ τῶν νομιζομένων ὑπαρχόντων προδοῦναι  
 καὶ τὸ σῶμα; Τί δὲ λέγω κτίματα ἢ σῶμα δοῦ-  
 ναι, πάντων αὐτῶ ὑπαρχόντων; Τοῦ γὰρ Κυρίου  
 ἢ γῆ καὶ τὸ πλῆθος αὐτῆς. Διὰ τούτων μὲν τῶν  
 λόγων τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβωσαμένη, ἡσύ-  
 χασεν.

13. Ἦν μὲν οὖν καὶ ἐν ταῖς πατρικαῖς αὐλαῖς  
 ἱκανῶς προσημασθεῖσα τοῖς πόνοις· καὶ ἐν αὐτῇ δὲ  
 τῇ ἀκμῇ τοῦ σταδίου ἀγέισσα, προέκοπτε ταῖς ἀρε-  
 ταῖς. Ὅσοι μὲν οὖν ἀγυμνάστως καὶ ἀσκήτως προ-  
 ἤλθον τῷ θεῷ τοῦτω μυστηρίῳ, ἀπέτυγον τοῦ ζη-  
 τουμένου, μὴ προβεωθήσαντες τὰ καθ' ἑαστον·  
 ὥσπερ δὲ οἱ ὀδοπορεῖν μέλλοντες τῶν ἐποδίων πρῶ-  
 τον φροντίζουσιν, οὕτως καὶ αὐτῇ, ὥσπερ ἐποδίου  
 αὐτῆν, τοῖς πάλαι πόνοις εὐτρέπασσα, ἀδούως τὴν  
 ἐπὶ τὰ ἄνω πορείαν ἐποιήσατο· τὰ γὰρ εἰς τὸν  
 ἀπαισιωμὸν τῆς οἰκίας προαποθεμένη, ὀχυρώτατον  
 τὸν ἑαυτῆς ἐξετέλει πύργον. Καὶ τὸ μὲν καθ' ἰστο-  
 ρίαν τῶν οἰκημάτων ποίημα ἐκ τῶν ἐξῴθεν ὕλων  
 κατασκευάζεται· αὐτῇ δὲ τὸ ἐναντίον πεποιήκεν· οὐ  
 γὰρ τὰς ἐξῴθεν ὕλας συνήγαγεν, ἀλλὰ μᾶλλον τὰς  
 ἐσωθεν ἐκένωσε. Τὰ γὰρ χρήματα αὐτῆς διαδόσα  
 τοῖς πένισι, καὶ καταλιπούσα ὄργην καὶ μνησικακίαν,  
 ἀπισσαμένη δὲ καὶ φθόνον καὶ φιλοδοξίαν, ψυκοδόμησε  
 τὴν οἰκίαν ἑαυτῆς ἐπὶ τὴν πέτραν, ἧς περιφανῆς ὁ  
 πύργος καὶ ἀγέμιστος ἡ οἰκία.

14. Καὶ τί πολλά λέγω; ὑπερέβαινε γὰρ διὰ τῶν  
 ἀρχῶν καὶ τὰς ἐν ἔξει τοῦ μονηρίου βίου τυγχανού-  
 σασ. Ὅσπερ γὰρ τὰ εὐφροσύναι τῶν παιδίων, ἔτι ἐν  
 ταῖς συλλαβαῖς ὄντα, ἀμυλλῶνται τοῖς ἐν ἡλικίᾳ καὶ  
 πλείω χρόνον ἔχουσι παρὰ τοῖς διδασκάλους· οὕτω  
 καὶ αὐτῇ, ζήουσα τῷ πνεύματι, παρῆτρχε τὰς λοι-  
 πὰς.

15. Τὸν μὲν οὖν ἐμπρακτον αὐτῆς καὶ ἀσκητικὸν D  
 βίον λέγειν ἀδυνατούμεν, ἐπειπερ οὐδὲ συνεχῶρει  
 τινὰ τοῦτο θεατῆν γενέσθαι. Οὐδὲ γὰρ κήρυκας τῶν  
 αὐτῆς ἀνεραγαθημάτων ἤβλεπεν εἶναι τοῖς παρόντας.  
 Οὐχ οὕτως γὰρ τὸ εὐπράττειν ἐφρόντιζεν, ὅσον τῆς  
 τοῦτου φυλακῆς τε καὶ κρυψῆς. Τοῦτο δὲ ἵποσει οὐ  
 φθόνῳ συνεχομένη, ἀλλὰ θεῷ χάριτι συγκροτούμενη.  
 Τὸ γὰρ Κυριακὸν ἔκειτο κατὰ νόον ἔφερε βῆμα, τὸ  
 λέγον, ὡς Εἰ τι ἐκὰ ποτῆ ἢ δεξιᾷ σου, μὴ γνώω  
 ἢ ἀριστερᾷ σου. Οὕτως μὲν λαυθάουσα ἐξετέλει τὰ  
 κρέποντα τῷ ἐπαγγέλματι.

16. Ἀπὸ δὲ τῆς πρώτης ἡλικίας, καὶ ἕως τῆς  
 ἀμαστιακῆς, οὐ μόνον παντὸς ἀνδρὸς συντυχεῖν ἀπ-

Signum autem illud erat, animum ejus omni super-  
 fluitate vacuum ac purum effectum fuisse. Tunc  
 autem primum virginis appellatione dignata est.

12. Postquam facultates suas pauperibus eroga-  
 verat, ait: Magno colonestata sum nomine: quid  
 autem pro merito benefactori rependam non sup-  
 petit. Nam si in externis rebus, corruptibilis digni-  
 tatis causa, fortunæ omnes amittuntur, quanto mag-  
 is me tanta donatam gratia, decet ipsum corpus,  
 cum his bonis (ut putantur) tradere? Quid autem  
 dico facultates et corpus ipsi dari, cuius sunt omnia?  
 Nam. Domini est terra et plenitudo ejus<sup>91</sup>. Atque  
 per hæc verba, humilitatem adeptæ, quietem. et so-  
 litariam egit vitam.

13. In paternis sane ædibus, jam ante non mo-  
 dicam exercitationibus operam dederat, inque  
 in stadii mediam acta, virtutibus proficiebat. Con-  
 tra vero quotquot absque exercitatione et incogitantia  
 ad hoc divinum mysterium accedunt, a propo-  
 sito excidunt, quia animo singula non prospexer-  
 rant. At illa, quemadmodum qui iter ascipiunt,  
 viaticum primo sibi provident, ita ceu viatico, pristi-  
 nis laboribus exercitata, caute 618 et secure iter  
 ad superna ingressa est: præparatis quippe omni-  
 bus quæ essent ad existrendam domum satis, mun-  
 ditissimam turrim sibi absolvit. Quod spectat enim  
 ædium structuram, externa illæ materia conficiuntur  
 at illa contraria plane ratione, non externam  
 materiam collegit, imo potius internam ejecit. Bona  
 quippe sua elargita pauperibus, deposita ira, inju-  
 riarumque memoria, depulsa invidia et glorie cu-  
 piditate, domum suam ædificavit supra petram,  
 cuius splendida turris erat, et nullis tempestatibus  
 obnoxia.

14. Sed quid multa dico? superavit quippe vel  
 ipso initio, eas quæ monasticæ vitæ assueverat.  
 Sicut enim pueri qui acriore sunt ingenii acie,  
 quamvis adhuc in syllabis versentur, cum iis tamen  
 contendunt, qui et ætate majores sunt ac diutius  
 magistros frequentarunt, ita et illa spiritu fervens  
 cæteras post se reliquit.

15. Actuosam itaque et asceticam vitam ejus  
 enarrare non valemus, quando nullum admisit vitæ  
 suæ spectatorem. Neque enim rerum a se præ-  
 clare gestarum præcones esse volebat eos qui ad-  
 erant. Imo nec tantam recte agendi, quantam gesta  
 sua occultandi sollicitudinem habebat. Illud namque  
 Dominicum dictum in mente versabat: Si quid fe-  
 cerit dextera tua, id nesciat sinistra tua<sup>92</sup>. Atque ita  
 latens professionis suæ officia persolvebat.

16. A prima ad adultam ætatem, non modo omnem  
 viri consortium declinavit; sed etiam æquales ple-

<sup>91</sup> Psal. xliii, 1. <sup>92</sup> Matth. vi, 3.

rumque suas fugiebat, hisce duabus de causis, A  
vel scilicet ne gloriam eximia exercitationis referret, vel ne corporali necessitate a virtutis exercitio avelleretur.

τομᾶ τὴν ἀλίθειαν, σαφῶς οὕτως καὶ διαρρήδην τῶν τριῶν θεότητα καὶ οὐσίαν ἐγγράφως ὁμολογήσας. *Id est: Primus ille (Athanasius) et solus, vel cum admodum paucis, veritatem palam apertissime verbis profiteri ausus est, trium personarum Deitatem et substantiam scripto confessus.* Quæ autumant illi de Symbolo *Quicunque* dici. Sed, ut neutro non videt, levissima imo nulla ratione. Quid causæ enim est ut ad symbolum *Quicunque* id referatur, cum binæ exstant Athanasii confessiones fidei; quarum prima *Ἐκθεσις πιστεύουσας* titulum habet, secunda ad *Jovianum* nuncupatur; et in utraque pariter trium personarum deitas et substantia prædicatur? Quinetiam illo Gregorii loco, nulla indicatur fidei confessio; sed dicitur duntaxat trium personarum deitatem et essentiam prædicasse Athanasium: quod in suis ille scriptis fuse et naviter exsecutus est.

Testatur Ughellus tom. IV *Italiae sacræ*, Gaudentium Brixiensem, qui quarto sæculo vixit, Commentationes edidisse in Symbolum Athanasii, quas exstare ait in veteri PP. Bibliotheca. Verum illæ Commentationes nusquam comparant, nec ab alio quopiam scriptore animadversæ sunt. Quamobrem nihil binæ argumenti elici potest.

Afferbatur olim locus ex Augustino in psalm. cxx, in hæc verba: *Per diem sol non uret te, neque luna per noctem* <sup>61</sup>, ubi ita legitur in quibusdam editis: *De hoc sole Pater Athanasius Alexandrinus episcopus ita pulchre locutus est: Filius, inquit, Dei a Patre solo, non factus, nec creatus, sed genitus.* Verum hæc, ut jam pridem observatum fuit, adulterata sunt: et, ut aiunt nostri in postrema Augustini editione, nulla est in codicibus Athanasii, ejusque Synboli mentio. Afferitur item concilium IV Toletanum anno 675 celebratum, in cujus capitulo I dicitur Patrem a nullo factum, etc. Quæ verba ex Symbolo *Quicunque* excerpta putantur. Et vero constat jam illo ævo Athanasii in nonnullis saltem locis nomen prætulisse.

Exstat inter Isidori Hispalensis opera epistola ad Claudium, ubi Athanasii Symbolum memoratur. At concors est omnium pene sententia eam epistolam necnon alias permultas a Breulio Isidori nomine publicatas, esse supposititias.

Certius afferitur testimonium ex canonibus *Æduensibus* a Sirmondo editis, qui ad annum 653 referuntur a quibusdam 670, ab aliis vero 675, ubi ita legitur: *Si quis presbyter, diaconus, subdiaconus, vel clericus, Symbolum, quod sancto inspirante Spiritu apostoli tradiderunt, et fidem sancti Athanasii præsulis irreprehensibiliter non recensuerit, ab episcopo condemnetur.*

Regino, qui octavo sæculo floruit, libro I *De ecclesiastica disciplina*, hæc habet: *Si sermonem Athanasii episcopi de fide sanctæ Trinitatis, cujus initium est: « Quicunque vult salvus esse, » memoriter teneat.* Matto, episcopus Basileensis, cujus capitulare *Spicilegii* tom. IV edidit Dacherius noster: *Quarto, ait, ut fides sancti Athanasii a sacerdotibus discatur, et ex corde die Dominico ad Primam recitetur: qui mos hodieque viget in Ecclesia.*

Accedit anonymi testimonium, qui sub Carolo Magno vixit, a Sirmondo allatum in notis ad Theodulphum: *Incertus auctor, ait Sirmondus, quem diximus, hoc ipso utens testimonio: Beatus, inquit, Athanasius in Expositione catholice fidei, quam ipse egregius doctor conscripsit, et quam universalis confitetur Ecclesia, processionem Spiritus sancti a Patre et Filio declarat, ita dicens: « Pater a nullo est factus, » etc.*

Idem Theodulphus, libro *Testimoniorum de Spiritu sancto* ad Carolum Magnum, nomine Athanasii affert illud: *Pater a nullo est factus, nec creatus, nec genitus, etc., usque ad: Qui vult ergo salvus esse.*

Nono sæculo Agobardus, a cl. v. Baluzio editus, cap. 5 sic habet: *Beatus Athanasius ait: « Fidem catholicam nisi quis integram inviolatamque servaverit, absque dubio in æternum peribit. »*

Ansbarius eodem sæculo, ut in Vita ejus apud Petrum Lambecium legitur, cum instaret obitus, præcepit ut fratres canerent fidem catholicam a beato Athanasio compositam.

Ratramnus, Corbeiensis monachus, libro II contra *Græcorum opposita: Beatus Athanasius Alexandrinus episcopus, ait, multa propter catholicæ fidei constantiam ab Arianis perpressus, frequenter etiam exsilio eorum factione pulsus, et in Nicæna synodo episcopo suo beato Alexandro diacono assistens, adversus vesaniam Arii singulariter dimicans; in libello De fide, quem edidit, et omnibus Catholicis proposuit tenendum, inter cætera sic ait: « Pater a nullo est factus, nec creatus, sed genitus. Spiritus sanctus a Patre et Filio, non factus, non creatus, non genitus, sed procedens. »*

Æneas, Parisiensis episcopus, librum suum *adversus Græcos* his auspiciatur verbis: *Sanctus Athanasius, sedis Alexandrinæ episcopus, Græcæ lingue experientissimus, ubi beatus Marcus evangelista præsedet, etc.* Exinde vero Lovemdecim capitula ex eodem Athanasio profert, quorum postremum ita habet: *Item idem in fide catholica: « quod Spiritus sanctus a Patre procedat et a Filio. Pater a nullo est factus, nec creatus, nec genitus, » etc.*

Hincmarus Remensis, nono item sæculo, primo capitulo ita loquitur: *Ut presbyteri discant expositionem Symb:li et Orationis Dominicæ, etc., cum Symbolo Athanasii.... necnon et sermonem Athanasii de Fide,*

<sup>61</sup> Psal. cxx, 6.

cujus initium est: « Quicumque vult salvus esse, » memoria quisque commendet, et sensum illius intelligat, et verbis communibus enuntiare queat.

Ratherius, Leodicensis episcopus, ita loquitur in admonitione synodali: Si *Sermonem Athanasii episcopi de Fide sanctæ Trinitatis, cuius initium est: « Quicumque vult salvus esse, » memoriter teneat.*

Abbo Fioriacensis in *Apologia ad Francorum reges Hugonem et Robertum: Fidem quam alternantibus choris et in Francia et apud Anglorum Ecclesiam variari aucti; ceteri enim dicunt, ut arbitror, secundum Athanasium: « Spiritus sanctus a Patre et Filio, non factus, non creatus, sed procedens. »*

Sæculo undecimo Gualdo, monachus Corbeiensis, qui *Vitam Ansharii* carne conscripsit editam a Lambecio, hæc de Symbolo habet:

*Catholicamque fidem quam composuisse beatus Fertur Athanasius.*

Otho autem Frisingensis ita loquitur: *Athanasius manens in Ecclesia Treverorum sub Maximo ejus Ecclesie episcopo: « Quicumque vult, » etc., a quibusdam dicitur editisse.*

Infiniæ pene operæ esset cæteros sequioris ævi scriptores recensere qui Symbolum *Quicumque* ascribunt Athanasio; quorum testimonia, quantacunque afferantur, parvi aut nullius momenti sunt ad illud Athanasio vindicandum vel abjudicandum. Adjicere non pigeat non visum hactenus fuisse Græcorum quodpiam monumentum, certum scilicet ac indubitatum, quo ab annis plus quingentis notum Ecclesie Græcæ fuisse Symbolum *Quicumque* possit comprobari. Græci porro sequioris ævi, Latinis ex Symboli auctoritate pro Spiritu sancti ex Patre Filioque processione comprobanda urgentibus, vel negarunt Athanasii esse, vel inconsulte Symbolum a sancto Doctore compositum fuisse confessi, additionem esse vocem, et *Filio*, non minus inconsiderate commenti sunt, cum constet in omnibus Latinis codicibus etiam antiquioribus qui ab annis mille exarati sunt, eam haberi vocem. Alii autem impudentius effutiebant Athanasium, cum id operis ederet, ebrium fuisse, quos ita carpit Gennadius cap. 1 *De Spiritu sancto: Οὐκ αἰδοῦνται λέγειν, ὡς ὁ ἱερὸς Ἀθανάσιος μέθυσος, καὶ, ὅτε ταῦτ' ἔγραψε, πλήρης ἦν οἴνου. Non reverentur dicere Athanasium ebrium fuisse cum hæc scriberet, et vini plenum.*

## II. De codicibus in quibus exstat Symbolum *Quicumque*

Codicum omnium qui hactenus visi memoratique sunt, antiquissimus ille est qui ab Usserio laudatur, ævo Gregorii Magni conscriptus, si tamen ea vere sit ejus manus scripta: nam addit Usserina scripturam ævo Gregorii longe esse posteriorem. Hic nullum præmittit scriptoris nomen, sed solum inscribitur, *Fides catholica.*

654 Nongentos superat annos Colbertinus codex 784, Saxonice descriptus litteris, et mea quidem sententia ante ætatem Caroli Magni editus. Hic media parte ab initio mutilus est, non amissione folii cujuspiam, sed quia librarius qui exscripsit, se ita mutilum Treviris reperisse testatur, nullo enuntiato auctoris nomine. Quamohrem non sua modo ætate eximus est, sed etiam quia ex antiquiore descriptus fertur. Sunt qui codicem illum 1100 annorum esse affirmarunt. Verum periti quique ævo circiter Pipini exaratum arbitrantur.

Paris saltem antiquitatis est Sangermanensis noster num. 257. Saxonice pariter litteris exaratus, qui titulum habet: *Fides sancti Athanasii episcopi Alexandria*

Regius codex num. 4908, annorum pene nongentorum, nullum habet titulum, nullumque auctoris nomen. Æqualis ipsi est, qui memoratur a Lambecio, exstatque in Bibliotheca Casarea, Caroli Magni jussu conscriptus, cujus titulus sic habet: *Fides sancti Athanasii episcopi Alexandrini.*

Codex qui ab Usserio dicitur fuisse Æthelstai Anglorum regis, ita inscribitur: *Fides sancti Athanasii Alexandrini.*

Colbertinus num. 1339, qui fuit Caroli Calvi imperatoris, inscribitur: *Fides Athanasii*

In alio Sangermanensi 700 circiter annorum, et in tertio ejusdem monasterii, multum sequioris ævi, Symbolum nihil fere discrepat ab editis.

Dnos quoque vidimus codices in cœnobio Sancti Theoderici prope Remos, in quibus Symbolum *Quicumque* nihil ferme differt ab editis.

Exstat item hoc Symbolum in codice Colbertino num. 5133 nullo prævio scriptoris nomine, annorum circiter 600. E regione vero conscripta legitur ejusdem ætatis Gallica versio, in fine mutila, quam nos edendam duximus. Ejus nobis copiam fecit suaque manu exaratam dedit vir clarissimus nobisque amicissimus Baluzius.

Alius habetur codex in Bibliotheca RR. PP. Fratrum minorum, ab annis quadringentis exaratus, ubi Symbolum exstat Latine cum versione Gallica e regione παραφραστικῶς adornata. Codex autem est Psalterium olim ad usum dominarum de Brebant, ut indicatur in fronte libri, hisce verbis recentiore manu conscriptis: *Ce Psautier qui est en Latin et en François est au convent des Sereurs Meneurs de Longchamp, et fu aux Dames de Brebant.* Earum nomen erat, Margarita et Joanna, quarum pater Codefridus de Bre-

bant frater erat Mariæ conjugis regis Philippi Audacis. In hujusmodi codice, quod per mihi mirum visum est, Latino Symbolo hic titulus præmittitur : *Canticum Bonefacii* : in fronte autem Gallicæ versionis e regione istiusmodi legitur inscriptio : *Ce chant fut saint Anastaïse qui apostolles de Rome*. Hujus porro versionis manu sua exscriptæ nobis copiam fecit vir eruditus Petrus Pelester, ejus cœnobia bibliothecarius.

Felckmannus de codicibus quibus ipse est usus ita loquitur : *Exstat hoc Symbolum in nostro codice & anonymo, sed absque titulo et nomine auctoris, unde et sic editum. Invenitur id similiter in fragmentis Hilarii historicis in cod. veteri part. II sub finem. Invenimus idipsum etiam post in codice quodam Palatino Biblioth. expresse Athanasio inscriptum (licet id recentiores Græci nolint, ut videre est ex Epistola Melchii Constantinopolitani patriarchæ ad Douxam), ex quo etiam discrepantias quasdam notabimus. Ilac Felckmannus.*

De Græcis autem codicibus pauca suppetunt dicenda, cum unum tantum nobis inspicere licuerit, scilicet Reg. 2502, in quo exstat Symbolum superiore sæculo exaratum. De variis Græcis formulis infra agimus.

### III. Symbolum Quicunque cui sit auctori ascribendum.

Ut colligere est ex veterum testimoniis, atque ex codicum inscriptionibus superius recensitis, ab ænis plus mille Symbolum *Quicunque* Athanasio fuit ascriptum. At id non sine controversia admissum fuisse suadet codicum multorum, etiam antiquissimorum, auctoritas, in quibus Athanasii nomen minime comparat : suadet item ille superius a nobis memoratus codex, qui Bonifacium auctorem exhibet. Probe quippe conjectare licet Bonifacio attributum fuisse, quia verus germanusque auctor non notus esset : nam si pro Athanasii fetu vulgo habitum fuisset, nequaquam ejus loco substituentis fuerat alius. Nam solent ad commendationem opera obscurorum minusque notorum hominum præclaris attribui scriptoribus ; atqui tantum est Athanasii nomen ut ne cogitarit quidem quispiam majorem ex alio mutuari auctoritatem. Accedunt præterea multorum præsertim undecimo sæculo scriptorum testimonia, qui discrete aiunt a quibusdam tantum tribui Athanasio Symbolum *Quicunque*, innuuntque non esse rem vulgo receptam. Unde consequi videtur, Symbolum, quo tempore in lucem prodit, Athanasii non prætulisse nomen. Sed ubi a nescio quo attribui Athanasio ceptum fuit, exinde manasse ut in multis codicibus nomen ejus præmitteretur. Et vero ex tribus codicibus qui Caroli Magni ætatem superare existimantur, solus Sangermanensis nomen exhibet Athanasii, quo inuitur minus frequentem tunc fuisse ejusmodi inscriptionem.

Falso itaque ascriptum Athanasio arbitrantur, tum ea quam supra memoravimus, tum multis aliis de causis. Ex quibus illa maxime urget, quod a nemine antiquorum ante septimum sæculum commemoraret. Sane tam egregium opusculum, a tanto scriptore concinatum, nequaquam silentio prætermitendum erat ; in illis maxime disceptationibus quæ cum Nestorianis, Eutychnianisque obortæ sunt. Athanasii quippe auctoritatem magis faciebant hæretici illi. Quid causæ igitur erat, quod nec a Græcis nec a Latinis afferrentur loca ex hoc Symbolo excerpta, quibus errores ejusmodi 655 confutantur? Nec est quod reponatur, eam totam partem Symboli quæ incarnationem Domini respicit, nonnisi post illas exortas hæreses symbolo fuisse adjectam : nam id gratis omnino dicitur, cum in omnibus qui hactenus visi sunt codicibus integrum exstat Symbolum, ut hodieque recitatur. Præterea in catholicæ fidei professionibus omnibus atque Symbolis, non de Trinitate modo, sed etiam de incarnatione agitur, ut videre est in Symbolo Apostolorum in Nicæno et in aliis quibusque. Quomohrem non potuit in tam prolixo Symbolo mysterium Incarnationis ab initio prætermitti.

Ad hæc, si quis fidei formulas vel ab Athanasio, vel Athanasii ævo conscriptas cum hoc Symbolo conferat, tantum animadvertet inter illa discriminis, ut vel hinc solum nihil cunctetur, alii ævo quam Athanasiano, alii scriptori quam Athanasio Symbolum adjudicare. Percurrat qui voluerit quas Athanasius accurate collegit sui ævi fidei confessiones. Au formulam istam, *tres personas*, aut Græcè, *επιτὶ ὁμοούσιον* : et in Catholicorum symbolis admissam et promulgatam reperiet? Licet enim una eademque semper fuerit ea de re Ecclesiæ doctrina, nondum tamen hæ formulæ in Ecclesia receptæ vel in confesso erant, ut fuissem comprobamus in Præfatione generali. Ille item Symboli veraculus : *Spiritus sanctus a Patre et Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens*, non est, ut nemo peritus non fatebitur, sæculi Athanasiani. Quanquam enim Athanasius Spiritum sanctum ex Patre atque ex Filio manare non semel docuerit in suis quæ jam exstant operibus, his tamen formulis nunquam est usus : multoque minus illæ in symbolis fideique confessionibus locum habuere. Non olet item Athanasianum sed Eutychnianum verum illa clausula : *Unus omnino non confusione substantiæ, sed usitate personæ*. Licet enim quidpiam simile in ejus scriptis compareat ; nondum tamen obtinuerat ut in professionibus fidei hujusmodi sententiæ usu veniret.

Huc accedit Symboli verba sententiamque Latinum indicare scriptorem, neque ullam versionis ex

Græco factæ notam præferre. Si verum ex Græco fuisset, multa Græcæ dictionis in Latina interpretatione comparerent, uti solet in ejus ævi versionibus observari. Neque dici posse videtur ab Athanasio fuisse Latine editum : namque scriptoris est pro illa ætate Latine peritissimi, non solum quippe verbis, sed etiam numeris modulisque Latinis constat hoc Symbolum, vixque credatur tantum tamque familiarem Latine linguæ usum Athanasio fuisse.

Denum si hujusmodi Symbolum adornasset Athanasius, nunquam erat omissurus consubstantialis vocem, cujus causa toto vitæ suæ curriculo concertavit, tantisque periculis perfunctus est. Hisce nos argumentis permoti, Symbolum *Quicumque* Athanasio incunctanter adjudicandum arbitramur. Jam disquiramus utrum aliorum qui ejus auctores esse feruntur, cuiquam sit ascribendum.

Hilario nonnulli ascriptum voluerunt, quia nimirum in codice quodam existat post Hilarii fragmenta. Quasi vero id non vulgo et in plerisque codicibus observetur, ut multa diversorum opera consequenter in manuscriptis describantur. Cum autem in ejusmodi codice post Hilariana opera nullo præmisso auctoris nomine compareat, hinc, ut jam supra diximus, inferendum, tum exaratum fuisse, cum pro Athanasiano nondum vulgo haberetur.

Eusebio Vercellensi tribuere nonnulli. At, præterquam quod nullo fundamento, nulla auctoritate nititur hæc opinio, videtur Symbolum a recentiore prodiisse scriptore. Nam quæ in eo exstant de divina et humana Christi natura, sæculum redolent Nestorianum; ipsaque tota fidei formula, iis est vocibus et clausulis composita, ut ad Eusebii ævum minime pertinere valeat.

Sunt item qui Symbolum tribuant Anastasio, quam sententiam subaugurari licet obortam ex nominum similitudine; nimirum in codice quodam facile substitui pro Athanasio potuit Anastasius. Verum sive Sinaita ille, sive Bibliothecarius Anastasius intelligatur, neutri potest assignari; non priori, quia recte comprobatur a Latino scriptore editum opusculum fuisse, imo etiam ipso Anastasio antiquius esse, ex codicum ætate, et ex *Ædiensibus* superioris allatis Canonibus commonstratur; unde etiam liquet multo minus Anastasio tribui posse Bibliothecario.

Bonifacio cuidam uti supra diximus ascribit codex unus. Sed nec quis sit ille Bonifacius, nec unde librarius ejusmodi auctorem episcopus sit, in promptu est ediscere. Quare nihil ulterius de Bonifacio disseremus.

Vigilio ascripsit nuperus quidam scriptor (3); qui tamen, ut valet sagacitate et eruditione, non nisi conjectando loquitur. Hæc vero causæ sunt quod hanc ille opinionem sit amplexus: 1° Quod solet Vigilius suas lucubraciones Athanasio ascribere: cujusmodi est Dialogus adversus Sabellianos, Arianos et Photinianos. 2° Quod Eutychetis haud ita pridem insurgentem hæresin oppugnare aggressus sit Vigilius. At ejusdem errores hoc in Symbolo exploduntur. 3° Quod frequentes apud eundem Vigilium occurrant loquendi rationes in Symbolo usurpatæ. Verum hæc argumenta probe confutavit laudatus vir Anthelmius. Et sane, ut animadvertit ille, ruunt hæc omnia, ubi ostenditur Dialogos illos qui inter Athanasiana comparent opera, et Chiffletius Vigilio adjudicavit, nequaquam esse Vigili. Quod probe superius suo loco demonstrabamus. Etiam si vero Vigili essent Dialogi, non statim hinc consequeretur ejus esse Symbolum. Nam, quod animadvertisse juvabit, pro explorato habendum, Symboli scriptorem, iis loquenti modis, iis usum sententiis fuisse, quæ suo ævo a Latinis Patribus, Catholicisque viris frequentius usurpabantur: neque putandum novas illum dicendi formulas commentum esse: sed eas ut in confesso tunc erant collegisse. Hinc palam res est, quod apud Augustinum, ejusque appares, Vincentium Lirinensem, Vigilium, et alios inferius notandos, haud semel occurrant ejusmodi sententiæ. Unde manifestum est nullam congruentem hactenus allatam esse causam, quare Vigilio ascribitur.

Atro itaque Vigilio nihil est quod Symbolum *Quicumque* tribuatur. At huic Gallum auctorem, 656 Vincentium nempe Lirinensem, substituit laudatus vir Anthelmius, qui suam hisce argumentis hisce verbis sententiam asserit: 1° Quod ille tempestatis istius, qua digestum est Symbolum, nobilissimus scriptor exsisterit; 2° quod hæresibus bellum indicere scopus ipsi fuerit unicus; 3° quod errores, Symboli confessione sigillatim perstrictos, eisdem specie, nec alios, scriptis suis impugnare delegerit; 4° quod sub alieno nomine in hac palestra mereri affectavit; 5° quod ipsi Trevirense solum, seu Belgica prima, in qua primo repertum est Symbolum, patria fuerit; 6° quod ipse cum ejusdem metropolitica urbis antistita tum sedente, necessitudine videretur obligatus; 7° quod in aliquam M. Athanasii similitudinem a patriis finibus velut extorris egerit; 8° quod in aliquo suo priori opere Symboli locutiones, insignioresque formulas occupavit, nec verbis solummodo vel characteristicis, ut ita dicam, vocibus, sed transitionibus, sed comparationibus, sed iidem præsertim tenore, contestaturaque ratiocinii, cum Symboli methodo et artificio progressus fuerit; 9° quod in ejus a se tum expositæ fidei confessionem, miris ac iteratis mentis excessibus raptus, ejusdem aliquando retractandæ, et elegantius exponendæ indicium prodiderit; 10° quod postremo ad hanc exponendam overam solemnem promissione sese constrinxerit. Quæ gemina tandem et urgens elucubrandi Symboli occasio fuit.

(3) Quesnell. in edit. S. Leonis.

Hæc erudite sane observata, si alias certum quodpiam suppeteret pro Vincentio testimonium vel codicis vel scriptoris alicujus, eum probe commonstrarent eximii opusculi auctorem. At donec certius alicui niteretur, sub iudice litem pendere necesse est. Nam quod primo loco dicitur, etiamsi exploratum esset, infirmum tamen esse nemo non fateretur. Quod enim Vincentius eo floruerit ævo, quo prodit Symbolum : ea sane non satis apta conjectura fuerit, ut ejus auctor existimetur. Non ægre quidem concesserim Vincentii ætate editam fuisse illam fidei professionem, nec tamen codicis Colbertini auctoritate nititur hæc opinio, quem arbitratur Anthelmus 1100 annorum. Etenim (quod pace viri eruditissimi et amicissimi dicatur) multo minoris ætatis codex esse comprobatur : nemo enim peritus cui librum exhibuerim, octavo eum sæculo antiquiorem æstimavit. Quæ consequuntur autem argumenta ad octavum usque, non controversenda : nam ita compertum est potuisse hominem, cui hæc convenerint, edere Symbolum, ut non minus exploratum sit potuisse alium, cui nihil eorum competat, illud adornare. Quare ad octavum quod alicujus sane momenti est accedamus. Petitur illud ex quibusdam loquendi formulis magnam cum Symboli particulis quibusdam similitudinem referentibus, quas accurate ex Vincentii Communitario collegit laudatus vir, et quia nec pauca nec spernenda illæ sunt, eas hic exhibere non pigeat.

## TABULA PRIMA.

*Excerptum ex Symbolo.*

I. FIDES AUTEM CATHOLICA HÆC EST, UT UNUM DEUM IN TRINITATE, ET TRINITATEM IN UNITATE VENEREMUR.

II. NEQUE CONFUNDENTES PERSONAS, NEQUE SUBSTANTIAM SEPARANTES.

III. ALIA EST ENIM PERSONA PATRIS, ALIA FILII, ALIA SPIRITUS SANCTI.

IV. SED PATRIS, ET FILII, ET SPIRITUS SANCTI UNA EST DIVINITAS, ÆQUALIS GLORIA, COÆTERNA MAJESTAS.

A *Excerptum e Communitario.*

I. ECCLESIA VERO CATHOLICA UNAM DIVINITATEM IN TRINITATIS PLENITUDE, ET TRINITATIS ÆQUALITATEM IN UNA ATQUE EADEM MAJESTATE VENERATUR.

II. UT NEQUE SINGULARITAS SUBSTANTIÆ, PERSONARUM CONFUNDAT PROPRIETATEM, NEQUE ITEM TRINITATIS DISTINCTIO, UNITATEM SEPARET DEITATIS.

III. QUIA SCILICET ALIA EST PERSONA PATRIS, ALIA FILII, ALIA SPIRITUS SANCTI.

IV. SED PATRIS, ET FILII, ET SPIRITUS SANCTI NON ALIA ET ALIA, SED UNA EADEMQUE NATURA.

## TABULA SECUNDA

*Excerptum ex Symbolo*

I. EST ERGO FIDES RECTA UT CREDAMUS ET CONFITEAMUR, QUIA DOMINUS NOSTER JESUS CHRISTUS DEI FILIUS, DEUS ET HOMO EST.

II. DEUS EST EX SUBSTANTIA PATRIS ANTE SÆCULA GENITUS, ET HOMO EST EX SUBSTANTIA MATRIS IN SÆCULO NATUS.

III. PERFECTUS DEUS, PERFECTUS HOMO, EX ANIMA RATIONALI ET HUMANÆ CARNE SUBSISTENS.

IV. ÆQUALIS PATRI SECUNDUM DIVINITATEM, MINOR PATRE SECUNDUM HUMANITATEM

*Excerptum e Communitario.*

I. VEHEMENTER ENIM PRÆCAVERE DEBEMUS, UT CHRISTUM NON MODO UNUM, SED SEMPER UNUM CONFITEAMUR. . . . UNUS IDEMQUE CHRISTUS, FILIUS DEI, B UNUS IDEMQUE CHRISTUS, DEUS ET HOMO.

II. IDEM EX PATRE ANTE SÆCULA GENITUS, IDEM X MATRE IN SÆCULO GENERATUS.

III. PERFECTUS DEUS, PERFECTUS HOMO, IN DEO SUMMA DIVINITAS, IN HOMINE PLENA HUMANITAS : QUIPPE QUAE ANIMAM SIMUL HABEAT ET CARNEM. . . . EX DUPLICI DIVERSAQUE SUBSISTENS ANIMI CORPORISQUE NATURA.

IV. DUAE SUBSTANTIÆ SUNT, UNA COÆTERNA, ET ÆQUALIS PATRI; ALTERA EX TEMPORIS, ET MINOR PATRE.

## 657 TABULA TERTIA.

*Excerptum ex Symbolo.*

I. QUI LICET DEUS SIT ET HOMO, NON DUO TAMEN, SED UNUS EST CHRISTUS.

II. UNUS AUTEM NON CONVERSIONE DIVINITATIS IN CARNEM, SED ASSUMPTIONE HUMANITATIS IN DEUM. UNUS OMNINO NON CONFUSIONE SUBSTANTIÆ, SED UNITATE PERSONÆ.

III. NAM SICUT ANIMA RATIONALIS ET CARO UNUS EST HOMO, ITA DEUS ET HOMO UNUS EST CHRISTUS.

IV. QUI PASSUS EST PRO SALUTE NOSTRA, etc.

*Excerptum e Communitario.*

I. UNUM CHRISTUM JESUM, NON DEOS, ENIMDEMQE DEUM PARITER ATQUE HOMINEM.... ET HOC TOTUM UNUS EST CHRISTUS.

II. UNUS AUTEM NON.... DIVINITATIS ET HUMANITATIS CONFUSIONE, SED UNITATE PERSONÆ.... NON CONVERSIONE NATURÆ, SED PERSONÆ.

III. Igitur SICUT ANIMA CONDITA CARNI, NON IMITATUR HOMINEM, SED EST HOMO, ITA ETIAM, VERBUM DEUS, UNIENDO SE HOMINI.... FACTUS EST HOMO... ET EX DUABUS SUBSTANTIIS UNUS EST CHRISTUS.

IV. ECCLESIA DEUM SECUNDUM HOMINEM CREDIT FACTUM, PASSUM, etc.

Hæc in Vincentii Communitario sparsim posita, in unum collegit laudatus vir Anthelmus : validum hinc elici ratus argumentum, quo Symbolum Vincentio eidem Lirinensi ascribatur. Et sane id probe eruditi viri argumentis conficitur, nihil repugnare scilicet, ut sit illud Vincentii Lirinensis opus. Quæ enim gravior ea in re occurrere videtur difficultas, ex confutata nempe in Symbolo Eutychetis hæresi

hisce verbis : *Unus omnino non confusione substantiæ, sed unitate personæ, plane levatur ex simili Commonitorii loco superius posito : ex quo palam est, ante Chalcedonensem synodum in usu fuisse eam loquendi formulam. Siquidem Vincentius in Commonitorio aliquot ante eam synodum annis a se conscripto, iis est usus vocibus. Fatemur tamen nobis nondum prorsus constare, fuisse Symbolum a Vincentio Lirinensi conscriptum : id solum liquet : ut Vincentius in Commonitorio voces passim in Ecclesia suo ævo observatas pro fide exponenda usurpavit, ita auctorem Symboli, quisquis tandem ille sit, vocibus usum esse suo ævo in Ecclesia receptis ; imo conspicuum est neutrum aliam tenere viam, aliis uti dictis debuisse. Ea enim est consuetudo, ut in cudendis Symbolis et Fidei confessionibus, loquendi solum genera vulgo a Catholicis usurpata adhibeantur, nec nova introducantur, nisi in synodis, ac ne in synodis quidem, nisi gravissima de causa.*

Quod postremo loco dicitur, Vincentium ad fidei confessionem denuo tractandam et explanandam sese solemnè promissione constrinxisse, id sane de Symbolo hujusmodi adornando intelligi non posse liquet ex ejus verbis : *Hæc in excursu, inquit, dicta sunt, alias, si Deo placuerit, uberius tractanda et explicanda.* Quis eni non videat, his prolixiorè pronuntii tractatum, non ipso Symbolo tantum, sed etiam Commonitorio : quod multo prolixius est Symbolo, *Quicunque ?*

Cæterum cum ex allatis supra testimoniis videatur in Galliis primum celebrari cœpisse hoc Symbolum, haud abs re conjectant eruditi viri, in Galliis illud fuisse elucubratum. Quod item forte suadeat antiquissimus ille in Galliis et in Anglia mos Symboli alternatim concuendi : itemque mss. Gallicanorum copia et antiquitas. Trevisis autem ab Athanasio fuisse adornatum testantur Otto Frising. et post illum Durandus *De off. div. lib. iv. cap. 2.* Sed Baronius ad ann. 340, opinatur ab Athanasio Romæ catholicam fidei professionem coram Julio pontifice fuisse recitatam. Qua de re quid sentiendum sit ex superioribus liquet.

#### IV. De variis Symboli formulis, cum Latinis, tum Græcis.

Latini codices plerique omnes Symbolum exhibent cum perpaucis varietatibus, uno excepto Colbertino antiquissimo, qui non sententia, sed verbo tantum tenus multum discrepat ab editis.

Græcæ vero formulæ ita inter se dissonant, ut a variis interpretibus ex Latino Græcæ versas fuisse conspicuum sit. Quatuor asserimus inferius : Gudlingius vero in notis ad Zialowiskium sex edidit formulas, ex quarum tamen numero tres ita inter se sunt affines, ut paucis duntaxat lectionibus differant, quas nos adnotavimus ad tertiam formulam.

Prima itaque formulæ Græcæ, ea est quam ad fidem Palatinorum codicum edidit Felckmannus, de qua superius actum fuit.

Secunda, quam edimus, formulæ, jam olim publici juris facta per Genebrardum anno 1569, quam ait ille esse Ecclesiæ Constantinopolitanæ, exstat in Regio codice num. 2502, olim ex Bibliotheca Joannis Huralti Boistallerii a Carolo IX Venetiis legati. In quo codice hæc leguntur ante Dialogum S. Athanasii cum Ario : Τὸ παρὸν βιβλίον ἐγράφη παρ' ἐμοῦ Ζαχαρίου ἱερέως τοῦ Κρητῶς τοῦ Μαραφάρᾳ διὰ συνδρομῆς καὶ μετῴθι τοῦ ἐνοβοστοῦτου κυρίου Ἰωάννου Βοιστάλλερου, πρέσβευς Ἐνετηρίῃ τοῦ ἐκλαμπροῦτατου καὶ γαληνοτάτου αὐθέντου σῦρου Κάρλου βασιλέως Γάλλων. Καίτοι, ἐὰν εὐρηγῆτε τὸ λάθος, σύγγνωτε· ἀνθρώπωνον πάθος τὸ ἀμαρτάνειν. Ἐβρίωσθε. Id est, *Hic Liber a me descriptus est Zacharia Maraphara, presbytero Cretensi, ope ac mercede accepta clarissimi domini Joannis 658 Boistallerii, Venetiis versantis, legati praelarissimi ac serenissimi domini Caroli regis Gallorum. Si quem porro lapsum deprehendatis, ignoscite. Humanæ est infirmitatis peccare : Salvete.* Et inferius : *Transcriptus et recognitus liber hic est, ex vetustissimo exemplari Cretico ; Venetiis anno 1562, impensa facta aureorum X. Zacharias sacerdos transcripsit et habuit.* Incertum autem utrum ex illo quod memorat vetustissimo exemplari Symbolum etiam sit mutuatus : codex quippe amplè molis multa et varia complectitur, quæ dubitare licet ex unone codice excerpta fuerint an ex compluribus. Sane nullum vidimus Græcum hujus Symboli codicem qui trecentorum sit annorum, nec antiquum alium a quopiam visum fuisse novimus.

Tertia, primum edita fuit ab Henrico Stephano anno 1565. Deinde vero a Gilberto Genebrardo ex codice Lazari Baiffii, cum variis lectionibus ex editione Henrici Stephani quæ in nonnullis ab ea discrepat. Itaque ex postrema conciliorum editione, quæ in pluribus differt ab utraque.

Quarta Fidei formulæ, seu versio Symboli *Quicunque* in postrema Conciliorum editione cusa est, ex Usserio desumpta, quam Usserius ex Patricii Junii apographo mutuatus, publicam fecerat anno 1647. Hæc plane παραφραστικῶς conscripta fuit. Estque notatu dignum, in prima et postrema formulæ Spiritum sanctum dici solum ex Patre procedere, in secunda et tertia, ex Patre Filioque : unde fortassis suspicio veniat fuisse illas a Latinis editas, cum hanc Græci doctrinam proterve ac temere contra sanctorum Patrum etiam Græcorum sententiam repudient.

Non ingratus lectori fore putamus, quod binas Gallicas versiones his adjecerimus : quarum prior, uti dictum est, ex codice Colbertino 3133 a 600 annis conscripta est. Altera vero ex codice RR. PP. Frairum

Minorum 400 annorum. Videturque ex antiquiore codice exscripta : non consonat enim illa interpretatio cum Latino Symbolo e regione posito; ita ut etiam inscriptio Latina a Gallica penitus discrepet, in prioraque Bonifacii, in posteriore vero Anastasii seu potius Athanasii esse dicatur.

Hic subjungimus Symboli explicationem Latine compositam ex codice hujusce Sangermanensis cœnobii annorum plus quingentorum exscriptam, non indignam, ut arbitramur, quæ in lucem prodeat.

Agmen claudit Græca fidei confessio, ex codice Regio 2356 exscripta. Quæ item præfert Athanasii nomen, multisque, ut existimamus, post Athanasium sæculis edita est

## ΣΥΜΒΟΛΟΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ.

### SYMBOLUM S. ATHANASII DE FIDE CATHOLICA (4), VULGO IN ECCLESIA RECEPTUM.

#### PRIMA FORMULA.

ΕΙ τις θέλει σωθῆναι, πρὸ πάντων χρῆ αὐτῷ τὴν Α  
καθολικὴν κρατῆσαι πίστιν· ἦν εἰ μὴ τις ὑγιῆ καὶ  
ἀμωμον τηρήσειε, πάσης ἀμφιβολίας ἐκτὸς εἰς τὸν  
αἰῶνα ἀπολείται. Πίστις δὲ καθολικὴ αὕτη ἐστίν, ἵνα  
ἓνα Θεὸν ἐν Τριάδι, καὶ Τριάδα ἐν μονάδι σέβωμεν,  
μήτε συγχύοντες τὰ πρόσωπα, μήτε τὴν οὐσίαν διαι-  
ροῦντες. Ἄλλη γὰρ ἐστὶν ἡ τοῦ Πατρὸς ὑπόστασις,  
ἄλλη τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἄλλη τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ἀλλὰ  
Πατὴρ, καὶ Υἱὸς, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, μὴ ἐστὶ  
θεότης, ἴση δόξα, συνδικαιονίζουσα ἡ μεγαλειότης.  
Ὁμοῦ ὁ Πατὴρ, τοιοῦτος καὶ ὁ Υἱός, τοιοῦτον καὶ τὸ  
Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἄκτιστος ὁ Πατὴρ, ἀκτιστος ὁ  
Υἱός, ἀκτιστον καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ἄμετρος ὁ Πα-  
τήρ, ἀμετρος ὁ Υἱός, ἀμετρον καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ  
ἅγιον. Ἀίώνιος ὁ Πατήρ, αἰώνιος ὁ Υἱός, αἰώνιον καὶ  
τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ ὅμοις οὐ τρεῖς αἰῶνοι, Β  
ἀλλ' εἰς αἰῶνος· ὡσπερ οὐ τρεῖς ἀκτιστοί, οὐδὲ τρεῖς  
ἀμετροί, ἀλλ' εἰς ἀκτιστός, καὶ εἰς ἀμετρος. Ὁμοίως  
παντοκράτωρ ὁ Πατήρ, παντοκράτωρ ὁ Υἱός, παν-  
τοκράτωρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ ὅμοις οὐ τρεῖς  
παντοκράτορες, ἀλλ' εἰς παντοκράτωρ. Οὕτως Θεός ὁ  
Πατήρ, Θεός ὁ Υἱός, Θεός τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀλλ'  
ὅμοις οὐ τρεῖς θεοί, ἀλλ' εἰς Θεός. Ὁμοίως Κύριος  
ὁ Πατήρ, Κύριος ὁ Υἱός, Κύριος τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον·  
καὶ ὅμοις οὐ τρεῖς κύριοι, ἀλλ' εἰς ἓστι Κύριος. Ὅτι,  
ὡσπερ μοναδικῶς ἐκίστην ὑπόστασιν Θεὸν καὶ Κύ-  
ριον ὁμολογεῖν Χριστιανικῆ ἀληθείᾳ ἀναγκαζόμεθα,  
οὕτως τρεῖς θεοὺς ἢ τρεῖς κυρίους λέγειν καθολικῆ  
ἐπιστάτῃ κωλύμεθα. Ὁ Πατήρ ὅπ' οὐδενός ἐστι  
πεποιημένος, οὕτε δεδημιουργημένος, οὕτε γε-  
γεννημένος. Ὁ Υἱός ἀπὸ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐστίν C

QUICUNQUE vult salvus esse, ante omnia opus est  
ut teneat catholicam fidem : quam nisi quisque in-  
tegram inviolatamque servaverit, absque dubio in  
aeternum peribit (5). Fides autem catholica hæc  
est, ut unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in  
unitate veneremus : neque confundentes personas,  
neque substantiam separantes. Alia est enim per-  
sona Patris, alia Filii, alius Spiritus sancti : sed Pa-  
tris, et Filii, et Spiritus sancti, una est divinitas,  
æqualis gloria et cœterna majestas. Qualis Pater,  
talis Filius, talis Spiritus sanctus (6). Increatus  
Pater, increatus Filius, increatus Spiritus sanctus.  
Immensus Pater, immensus Filius, immensus Spi-  
ritus sanctus. Æternus Pater, æternus Filius, æter-  
nus Spiritus sanctus. Et tamen non tres æterni,  
sed unus æternus : sicut non tres increati, nec tres  
immensi, sed unus increatus, et unus immensus.  
Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius,  
omnipotens Spiritus sanctus : et tamen non tres  
omnipotentes, sed unus omnipotens. Ita Deus Pa-  
ter, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus : et tamen  
non tres dī, sed unus est Deus. Ita Dominus Pater,  
Dominus Filius, Dominus Spiritus sanctus : et ta-  
men non tres domini, sed unus est Dominus. Quia  
sicut sigillatim unamquamque personam Deum aut  
Dominum (7) confiteri Christiana veritate compelli-  
mur ; ita tres deos aut dominos dicere catholica  
religione prohibemur. Pater a nullo est factus, nec  
creatus, nec genitus. Filius a Patre solo est non  
factus, nec creatus, sed genitus : Spiritus sanctus  
a Patre et Filio non factus, nec creatus, nec

(4) Codex Regius 2962 : Τοῦ ἐν ἁγίῳ Πατρὸς ἡμῶν μεγάλου Ἀθανασίου ὁμολογία τῆς αὐτοῦ πί-  
στεως. In codice Feickmanni Græco nullus com-  
paret titulus, nec scriptoris nomen. In Palat. codice  
legitur, Σῦμβολον τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου. Sanger-  
man. 257. *Fides sancti Athanasii episcopi Alexan-  
driæ.* Qui ab Usserio dicitur fuisse Æthelstani  
Anglorum regis, habet : *Fides Athanasii Alexand.*  
Colbert. 784 mutilus est initio et a media solum  
parte incipit, ut infra notatur. Regius codex 4908  
nullum habet titulum. Qui ab Usserio dicitur esse  
tempore Gregorii M. descriptus, *Fides catholica*,  
solum habet. Palat. I paulo post initium habet, πρὸ

πάντων χρῆται ἐστίν ἵνα τὴν καθολικὴν κρατῆσαι πί-  
στιν.

(5) S. Germ., *Inviolabilemque servaverit, absque dubio peribit in æternum.* In Reg. *absque dubio*  
æest. Ibid. Palat. sic, ὕγι᾽ ἀμωμον τηρήσειεν ἐκτὸς  
ἑσταγμῶ εἰς.

(6) Mox Reg., *talis et Spiritus sanctus*, et ita in  
subsequentibus particulam et ante Spiritus san-  
ctus. Desinit autem in hæc verba : *Et tamen non*  
*tres æterni, exinde mutilus est codex.*

(7) S. G., *Unamquamque personam et Dominum et*  
*Deum.*

genitus est, sed procedens. Unus ergo Pater, non tres patres; unus Filius, non tres filii; unus Spiritus sanctus, non tres spiritus sancti. Et in hac Trinitate (8) nihil prius aut posterius, nihil majus aut minus, sed totæ tres personæ æternæ sibi sunt, et coæquales. Ita ut per omnia, sicut jam supra dictum est, et unitas in Trinitate, et Trinitas in unitate veneranda sit. Qui vult ergo salvus esse, ita de Trinitate sentiat. Sed necessarium est ad æternam salutem, ut incarnationem quoque Domini nostri Jesu Christi fideliter credat (9). Est ergo fides recta, ut credamus et confiteamur, quia Dominus noster Jesus Christus Dei Filius, Deus et homo est (10). Deus est ex substantia Patris ante sæcula genitus: homo ex substantia matris in sæculo natus. Perfectus Deus, perfectus homo ex anima rationali et humana carne subsistens. Æqualis Patri secundum divinitatem, minor Patre secundum humanitatem. Qui licet Deus sit et homo, non duo tamen, sed unus est Christus. Unus autem non conversione divinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum. Unus omnino non confusione substantiæ, sed unitate personæ: nam sicut anima rationalis et caro unus est homo, ita Deus et homo unus est Christus. Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis (11), inde venturus est judicare vivos et mortuos. Ad cuius adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, et redditori sunt de factis propriis rationem. Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui vero mala, in ignem æternum. Hæc est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit.

ὁν τοῖς ἑαυτῶν σώμασιν ἀποδύσονται περὶ τῶν ἔθλων ἔργων λόγον· καὶ οὐ κακὰ εἰς μέγεθος (13) εἰς ζωὴν αἰώνιον, οὐ δὲ κακὰ εἰς μέγεθος τε καὶ βεβαίως πιστεύσῃ, σωθῆναι οὐ δύναται

(8) S. G., *In hac Trinitate, omisso, et.*

(9) Colbertinus hic incipit, hæc ratione: Post synodum Chalcedonensem hæc minio descripta leguntur: *Explicit synodum mundanum, id est, universalem, apud Chalcedona.*

*Hoc invenit Trevis in uno libro scriptum, sic incipiente: Domini nostri Jesu Christi et reliqua. Domini nostri Jesu Christi fideliter credat.* Deinceps atramento hæc: *est ergo fides recta, etc., ad finem usque.*

(10) S. G., *Et Deus pariter et homo est.* Colbertin., *Deus pariter et homo est.* Colbertin. ibid., *de substantia Patris, et infra, de substantia Matris.* Ibid. post. *Matris.* S. G. habet, *in sæculo genitus perfectus homo.* Mox S. G. et Colbertin., *ex anima rationali, qui postremus ita prosequitur ad finem usque: et humana carne subsistens: æqualis Patri, secundum divinitatem, minor Patri (sic) secundum humanitatem. Qui licet Deus sit homo, non duo tamen sed unus est Christus. Unus autem non ex eo quod sit in carne conversa divinitas, sed quia est in Deo assumpta dignanter humanitas. Unus Christus est non confusione substantiæ, sed unitate personæ. Qui secundum fidem nostram passus et mortuus ad in-*

ὁν πεποιθμένος, οὐδὲ ἐδιδμουρημένος, ἀλλὰ γεγεννημένος. (12) Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς οὐ πεποιημένος, οὐδὲ δεδμουρημένος, οὕτε γεγεννημένος, ἀλλ' ἐκπορευτός. Εἰς οὖν ἐστὶ Πατὴρ, οὐ τρεῖς πατέρες· εἰς Υἱός, οὐ τρεῖς υἱοί· ἐν Πνεύμα ἁγίον, οὐ τρία πνεύματα ἅγια. Καὶ ἐν ταύτῃ τῇ Τριάδι οὐδὲν πρῶτον ἢ ὕστερον, οὐδὲν μετίζον ἢ ἑλαττον, ἀλλ' ἓλαι αἱ τρεῖς ὑποστάσεις συνδιακονῶνσαι: ἑαυταὶ εἰσι καὶ ἴσαι. Οὕτως, ἵνα δὲκ πάντων, ὡς περὶ ἕξῃ προείρηται, καὶ Τριάς ἐν μονάδι, καὶ μόνος ἐν Τριάδι λατρεύεται. Ὁ θέλων οὖν σωθῆναι οὕτω περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος νοεῖτω. Ἄλλ' ἀναγκαῖον δὲ ἐστὶ πρὸς αἰωνίαν σωτηρίαν, ἵνα τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ βεβαίως πιστεύῃ. Ἔστιν οὖν πίστις ὀρθή, ἵνα πιστεύωμεν καὶ ὁμολογῶμεν, ὅτι ὁ Κύριός ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱός, Θεός καὶ ἄνθρωπος ἐστὶ. Θεός ἐστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, πρὸ αἰώνων γεννηθείς· καὶ ἄνθρωπος ἐστὶν ἐκ τῆς οὐσίας τῆς μητρὸς, ἐν χρόνῳ γεννηθείς. Τέλειος Θεός, καὶ τέλειος ἄνθρωπος, ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ ἀνθρώπινης· σαρκὸς ὑποστάς· ἴσος τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, ἥτιον τοῦ Πατρὸς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Ὅς, εἰ καὶ Θεός ὑπάρχει καὶ ἄνθρωπος, ὅμως οὐ δύο, ἀλλ' εἷς ἐστὶ Χριστός· εἷς δὲ οὐ τροπῇ θεότητος εἷς σάρκα, ἀλλὰ προσλήφει ἀνθρωπότητα εἰς θεότητα. Εἰς καθόλου οὐ συγκύσει ψύσει, ἀλλ' ἐνώσει ὑποστάσεων· ὡς περὶ γὰρ ψυχῆ λογικῆ καὶ σαρξ εἷς ἐστὶν ἄνθρωπος, οὕτω Θεός καὶ ἄνθρωπος εἷς ἐστὶ Χριστός· ὁ παθὼν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, καὶ κατελθὼν εἰς τὸν ἅδην, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστὰς ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἀνελθὼν εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθήμενος ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τοῦ παντοκράτορος, ἔθεν ἐλευσεται κριναὶ ζωῆτας καὶ νεκροῦς. Οὐ τῇ ἐλευσεται πάντας ἄνθρωποι ἀναστήσονται

ἔθλων ἔργων λόγον· καὶ οὐ κακὰ πράξαντες εἰσελεύσονται εἰς πῦρ αἰώνιον. Αὕτη ἐστὶν ἡ καθολικὴ πίστις, ἣν εἰ

*ferna descendens, et die tertia resurrexit, atque ad cælos ascendit, ad dexteram Dei Patris sedet sicut vobis in Symbolo traditum est. Inde ad judicandum vivos et mortuos, credimus et speramus eum esse venturum. Ad cuius adventum erunt omnes homines sine dubio in suis corporibus resurrecturi, et redditori de factis propriis rationem; ut qui bona egerunt ibunt in vitam æternam, qui mala in ignem æternum. Hæc est fides sancta et catholica, quam omnis homo qui ad vitam æternam pervenire desiderat, scire integre debet et fideliter custodire.* Sangermanensis vero codex post hæc verba: *Ex anima rationali et humana carne subsistens, sic prosequitur: Æqualis Patri, perfectus Deus, secundum divinitatem. Qui licet Deus sit et homo, non tamen duo, sed unus est Deus. Unus autem non conversatione divinitatis in carne, sed assumptione humanitatis in Deo, etc.*

(11) S. G., *Unus Christus . . . descendit ad inferos, resurrexit . . . Sedet ad dexteram Patris omnium.*

(12) In prius editis post γεγεννημένος, legitur, ἐκ τοῦ Πατρὸς, sed hæc postrema verba desunt in Reg.

(13) Reg., ἀπελεύσονται, infra, πιστεύῃ.



## SECUNDA FORMULA.

Τὸ ἔν ἁγίους Πατέρας ἡμῶν Ἀθανασίου τοῦ μεγάλου ἐρολογία τῆς καθολικῆς πίστεως, ἣν ἔδωκε πρὸς τοὺς Ἰουδαίους πάντας Ῥώμης.

Τῷ θέλοντι σωθῆναι πρὸ πάντων ἀνάγκη τὴν καθολικὴν πίστιν κατέχειν· ἢν εἰ μὴ τις ἀκεραία καὶ ἀπαράβραυστος συντηρήσῃται, ἀνεμριβόλω εἰς τὸν αἰῶνα ἀπολείται. Αὕτη δὲ ἐστὶν ἡ καθολικὴ πίστις, ἓνα Θεὸν ἐν Τριάδι, καὶ Τριάδα ἐν μονάδι σέβειν ἡμᾶς, μήτε τὰ πρόσωπα συγχέοντες, μήτε τὴν οὐσίαν διαιροῦντας. Ἄλλο γάρ ἐστι τὸ τοῦ Πατρὸς πρόσωπον, ἄλλο τὸ τοῦ Υἱοῦ, ἄλλο τὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἀλλὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος μία ἐστὶ θεότης, ἰση δόξα, συναθεία μεγαλειότης. Οὗτος ὁ Πατήρ, τοιοῦτος ὁ Υἱός, τοιοῦτον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἄκτιστος ὁ Πατήρ, ἄκτιστος ὁ Υἱός, ἄκτιστον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἄπειρος ὁ Πατήρ, ἄπειρος ὁ Υἱός, ἄπειρον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἄϊδιος ὁ Πατήρ, ἄϊδιος ὁ Υἱός, ἄϊδιον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Οὐ μὴν τρεῖς ἄϊδιοι, ἀλλ' εἰς ἄϊδιος. Οὕτως οὐδὲ τρεῖς ἄκτιστοι, οὔτε τρεῖς ἄπειροι, ἀλλ' εἰς ἄκτιστος, εἰς ἄπειρος. Ὁμοίως παντοδύναμος ὁ Πατήρ, παντοδύναμος ὁ Υἱός, παντοδύναμον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· οὐ μὴν τρεῖς παντοδύναμοι, ἀλλ' εἰς παντοδύναμος. Οὕτω καὶ Θεός ὁ Πατήρ, Θεός ὁ Υἱός, Θεός τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· οὐ μὴν τρεῖς θεοί, ἀλλ' εἰς Θεός. Οὕτω Κύριος ὁ Πατήρ, Κύριος ὁ Υἱός, Κύριος τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· οὐ μὴν τρεῖς κύριοι, ἀλλ' εἰς Κύριος· ἐπεὶ καθὼς ἕκαστον τῶν προσώπων Θεὸν ἢ Κύριον ὁμολογεῖν ὑπὸ τῆς Χριστιανικῆς ἀληθείας ἀναγκαζόμεθα, οὕτω καὶ τρεῖς θεοὺς ἢ κυρίους λέγειν ἢ καθολικῆ θρησκείᾳ κωλύει. Ὁ Πατήρ τόνον ὕπ' οὐδένης οὔτε πεποιήται, οὔτε ἐκτισται, οὔτε γεγέννηται. Μόνος Υἱὸς παρὰ τοῦ Πατρὸς μόνου ἐστὶν οὐ ποιηθεὶς, οὐ κτισθεὶς, ἀλλὰ γεννηθεὶς. Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον παρὰ 660 Πατρὸς καὶ Υἱοῦ οὐ ποιηθὲν, οὐ κτισθὲν, οὐ γεννηθὲν, ἀλλ' ἐκπορευόμενον. (14) Εἰς τόνον Πατήρ, οὐ τρεῖς πατέρες· εἰς ὁ Υἱός, οὐ τρεῖς υἱοί· ἐν Πνεύμα ἁγίον, οὐ τρία πνεύ-

ματα ἅγια. Ἄλλ' ἐν ταύτῃ τῇ Τριάδι οὐδὲν πρότερον ἢ ὕστερον, οὐδὲν μείζον ἢ ἑλαττον· ἀλλὰ τρία πρόσωπα συναθεία ἑαυτοῖς ἐστὶ, καὶ διὰ πάντων ἰσα. Οὕτως ὡς κατὰ πάντα, καθὼς ἦδη εἶπομεν, καὶ τὴν Τριάδα ἐν τῇ μονάδι, καὶ τὴν μονάδα ἐν τῇ Τριάδι σέβειν ἡμᾶς. Ὁ βουλούμενος τόνον σωθῆναι, οὕτω περὶ τῆς Τριάδος φρονεῖτω.

Ἀναγκαῖον δὲ πρὸς τὴν αἰώνιον σωτηρίαν, καὶ τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ σάρκασιν πιστῶς κατέχειν. Ἔστι τόνον βεβαία πίστις, ἓνα πιστεύωμεν καὶ ὁμολογῶμεν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, Θεὸν καὶ ἄνθρωπον εἶναι· Θεὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ, πρὸ τῶν αἰώνων γεννηθέντα· τέλειον Θεὸν καὶ τέλειον ἄνθρωπον, ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ ἀνθρωπίνης σαρκὸς ὑρεστώτα·

B Ἰσον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, ἐλάττωνα τοῦ Πατρὸς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Ὅς, εἰ καὶ Θεός ἐστι καὶ ἄνθρωπος, οὐ μὴ δύο, ἀλλ' εἰς ἐστὶ Χριστός· εἰς δὲ, οὐ τῆς θεότητος μεταβληθείσης εἰς σάρκα, ἀλλὰ τῆς ἀνθρωπότητος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ προσληθείσης· εἰς παντελῶς, οὐ συρμῶ τῆς οὐσίας, ἀλλὰ τῆ τοῦ προσώπου ἐνότητι. Ὅτι περὶ γὰρ ἡ λογικὴ ψυχὴ καὶ ἡ σὰρξ εἰς ἐστὶν ἄνθρωπος, οὕτω καὶ ὁ Θεός καὶ ἄνθρωπος εἰς ἐστὶ Χριστός· παθὼν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας ἡμῶν, κατελθὼν εἰς τὸν ἄδην, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐκ τῶν νεκρῶν ἀναστὰς, καὶ ἀνελθὼν εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθήμενος ἐκ δεξιῶν τοῦ παντοδυναμοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἐκείθεν ἤξων κρίναι ζῶντας καὶ νεκρούς· οὐ πρὸς τὴν παρουσίαν πάντες οἱ ἄνθρωποι· ἀναστήσαντες μετὰ τῶν ἰσίων σωμάτων ἀποδοῦναις C λόγον περὶ τῶν ἔργων αὐτῶν. Οἱ μὲν οὖν ἀγαθὰ πράξαντες εἰς τὴν αἰώνιον ἀπελευσονται ζωὴν, οἱ δὲ τὰ φαῦλα εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον. Αὕτη ἐστὶν ἡ καθολικὴ πίστις, ἢν εἰ μὴ τις πιστῶς καὶ βεβαίως πιστεύσῃται, οὐχ οὕτως ἐστὶ σωθῆναι.

## TERTIA FORMULA.

Ἐκθεσις ἐρολογίας τῆς καθολικῆς πίστεως τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας.

Ὅστις ἀν βούληται (15) σωθῆναι, πρὸ πάντων χρὴ κρατεῖν τὴν καθολικὴν πίστιν· ἢν εἰ μὴ εἰς ἕκαστος ὁσῶν καὶ ἀμώμητον τήρησιν (16), ἀνευ διαταγῶν εἰς τὸν αἰῶνα ἀπολείται.

Πίστις δὲ ἡ καθολικὴ αὕτη ἐστὶν, ἓνα ἓνα Θεὸν ἐν Τριάδι, καὶ Τριάδα ἐν μονάδι σεβόμεθα, μήτε συγχέοντες τὰς ὑποστάσεις, μήτε τὴν οὐσίαν διαχωρίζοντες (17).

Ἄλλη γάρ ἐστὶν ἡ ὑπόστασις τοῦ Πατρὸς, ἄλλη

D τοῦ Υἱοῦ, ἄλλη τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

Ἀλλὰ Πατήρ, καὶ Υἱός, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, μία ἐστὶν ἡ θεότης, μία ἐστὶν ἡ δόξα (18), συναθείος ἡ μεγαλειότης.

Οὗτος ὁ Πατήρ, τοιοῦτος ὁ Υἱός, τοιοῦτον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Ἄκτιστος ὁ Πατήρ, ἄκτιστος ὁ Υἱός, ἄκτιστον καὶ (19) τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Ἀκατάληπτος ὁ Πατήρ, ἀκατάληπτος ὁ Υἱός,

(14) In synodo Florentina tom. XIII, pag. 703: Ἀθανάσιος ἐν τῇ ἐρολογίᾳ τῆς ἑαυτοῦ πίστεως φησὶ· Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ οὐ ποιηθὲν, οὐ κτισθὲν, ἀλλ' ἐκπορευτόν.

(15) Henric. Steph., ὅστις βούλεται.

(16) Concil., τηρήσῃται.

(17) Alius, μερίζοντες.

(18) Henric. Steph., μία Υἱοῦ ἡ δόξα. Concil., ἰση Υἱοῦ ἡ δόξα. Ibid. Concil., συναθείος ἡ θεότης.

(19) Καὶ deest in Concil.

ἀκατάληπτον καὶ (20) τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Αἰώνιος ὁ Πατήρ, αἰώνιος ὁ Υἱός, αἰώνιον καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Πλὴν οὐ τρεῖς αἰώνιοι, ἀλλ' εἰς αἰώνιος· οὐδὲ τρεῖς ἄκτιστοι (21), οὐδὲ τρεῖς ἀκατάληπτοι, ἀλλ' εἰς ἄκτιστος, εἰς ἀκατάληπτος.

Ἦμοῖς παντοδύναμος ὁ Πατήρ, παντοδύναμος ὁ Υἱός, καὶ παντοδύναμον καὶ (22) τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· πλὴν οὐ τρεῖς παντοδύναμοι, ἀλλ' εἰς παντοδύναμος.

Οὗτος Θεὸς ὁ Πατήρ, Θεὸς ὁ Υἱός, Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· πλὴν οὐ τρεῖς (23) θεοὶ, ἀλλ' εἰς Θεός.

Ἦμοῖς (24) Κύριος ὁ Πατήρ, Κύριος ὁ Υἱός, Κύριον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· πλὴν οὐ τρεῖς κύριοι, ἀλλ' εἰς ἐστὶ Κύριος

Ἵτι ὡς ἰδίᾳ (25) μίαν ἐκάστην ὑπόστασιν, Θεὸν καὶ Κύριον ὁμολογεῖν τῇ Χριστιανικῇ ἀληθείᾳ βιαζόμεθα· οὕτω τρεῖς θεοὺς ἢ τρεῖς (26) κυρίους λέγειν, τῇ καθολικῇ ἀληθείᾳ κωλυόμεθα.

Ὁ Πατήρ ἀπ' οὐδενός ἐστιν, (27) οὕτε μὴν κτιστός, οὕτε ποιητός, οὐδὲ γεννητός.

Ὁ Υἱός ἀπὸ τοῦ Πατρὸς μόνου (28) ἐστίν, οὐ ποιητός, οὐ κτιστός, ἀλλὰ γεννητός.

Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ οὐ ποιητόν, οὐ κτιστόν, οὐδὲ γεννητόν, ἀλλ' ἐκπορευτόν (29)

Εἰς οὖν ὁ Πατήρ, οὐ τρεῖς πατέρες· εἰς Υἱός, οὐ τρεῖς υἱοί· ἐν Πνεῦμα ἅγιον, οὐ τρία πνεύματα τὰ ἅγια.

καὶ ἐν ταύτῃ τῇ Τριάδι οὐδὲν πρότερον ἢ ὑστερον, οὐδὲν (30) μείζον ἢ ἕλαττον, ἀλλὰ πᾶσαι αἱ τρεῖς ὑποστάσεις συναΐδιαι εἰσι ἐαυταῖς καὶ ἰσαί.

Ἵστε (31) κατὰ πάντα (καθὼς εἴρηται) καὶ τὴν μονάδα ἐν Τριάδι, καὶ τὴν Τριάδα ἐν μονάδι ἀσέβησαι δεῖ. Ὁ γοῦν (32) βουλόμενος σωθῆναι, οὕτω περὶ Τριάδος φρονεῖτω.

Πλὴν ἀναγκαῖον ἐστὶ πρὸς τὴν αἰώνιον σωτηρίαν, ὅπως καὶ τὴν ἐναρκαῖωσιν (33) τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὀρθῶς πιστεύσῃ.

Ἔστι γὰρ πίστις ὀρθή, ἵνα πιστεύωμεν καὶ ὁμολογῶμεν, ὅτι ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Υἱός τοῦ Θεοῦ, Θεός καὶ ἄνθρωπος ἐστίν.

Θεὸς ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς πρὸ αἰῶνων γεννηθείς, καὶ ἄνθρωπος ἐκ τῆς οὐσίας τῆς Μητρὸς ἐν τῷ αἰῶνι τεχθείς.

Τέλειος Θεὸς καὶ τέλειος ἄνθρωπος, ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ ἀνθρωπίνης σαρκὸς ὀρισταίμενος.

Ἴσος τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, ἐλάττω τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Ὅς, εἰ καὶ Θεός καὶ ἄνθρωπος ἐστίν, οὐ δύο ὅμως, ἀλλ' εἰς ἐστὶ Χριστός.

Εἰς δὲ οὐ τροπή τῆς θεότητος εἰς σάρκα, ἀλλὰ προσλήψαι τῆς ἀνθρωπότητος εἰς Θεόν.

Εἰς πάντως οὐ συγχύσει τῆς οὐσίας, ἀλλ' ἐνώτερι τῆς ὑποστάσεως.

Καὶ γὰρ ὡς ἡ ψυχὴ λογικὴ καὶ ἡ σὰρξ εἰς ἐστὶν 661 ἄνθρωπος, οὕτω καὶ ὁ θεᾶνθρωπος (34) εἰς ἐστὶ Χριστός.

Ὅς ἐπαθε διὰ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν, καὶ κατήλθεν εἰς ἄδου (35), ἀνέστη ἐν τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐκ τῶν νεκρῶν.

Ἀνῆλθεν εἰς τοὺς οὐρανοὺς, κάθηται ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς παντοκράτορος, ὅθεν ῥῆξει κρίναι ζῶντας καὶ νεκρούς.

Οὐ τῇ παρουσίᾳ πάντες οἱ ἄνθρωποι ἀναστήσονται μετὰ τῶν σωμάτων αὐτῶν, καὶ ἀποδώσουσιν ἐξ ἰδίων ἔργων ἀπολογία.

Καὶ οἱ τὰ ἀγαθὰ πράξαντες πορεύονται εἰς ζωὴν αἰώνιον· οἱ δὲ φαῦλα εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον.

Αὕτη ἐστὶν ἡ καθολικὴ πίστις, ἣν ἐὰν μὴ τις ἐκ πίστεως βεβαίως πιστεύσῃ (36), σωθῆναι οὐ δύνησται.

#### QUARTA FORMULA.

Quicumque vult salvus esse, ante omnia opus est D ipsi ut teneat orthodoxam fidem; quam nisi quis impollutam et incorruptam servaverit, æternam inveniet perniciem. Fides igitur orthodoxa hæc est, ut unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in unitate veneremur, neque confundentes personas neque substantiam separantes.

(20) Καὶ hic et in sequenti linea deest in Conc. (21) Conc., καὶ γὰρ οὐ τρεῖς. . . οὐ τρεῖς ἄκτιστοι.

(22) In Concil. καὶ deest. Idem mox, καὶ γὰρ οὐ τρεῖς.

(23) Concil., καὶ γὰρ οὐ τρεῖς.

(24) Conc., οὕτω. Mox alii, Κύριος καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ibid. Conc. de more, καὶ γὰρ οὐ τρεῖς.

(25) Sic Henric. Steph. recte. Editi vero, ἰδίαι. Mox Genebr., ἕκαστον. Conc., ἐκάστην.

(26) Conc., ἢ καὶ τρεῖς.

(27) Concil., οὕτε ποιητός, οὕτε γεννητός.

(28) Sic Concil. Genebrardus vero habet μόνον.

Et τις βούλοιο σωθῆναι, πρὸ πάντων αὐτῷ χρεια κρατήσαι τὴν ὀρθόδοξον πίστιν· ἣν ἐὰν μὴ τις ἀμόλυτον καὶ ἀφθαρτον τηρήσῃ, αἰώνιον εὐρήσει τὴν ἀπόλειαν. Πίστις οὖν ἡ ὀρθόδοξος αὕτη ἐστίν, ἵνα ἕνα Θεὸν ἐν Τριάδι, καὶ Τριάδα ἐν μονάδι σέβωμεν, μήτε συγχύσωντες τὰς ὑποστάσεις, μήτε τὴν οὐσίαν διαρροῦντες.

Mox Genebrard., γεννητός. Concil., γεννητός, rectius. (29) Concil., ἐκπορευόμενον. Mox idem, Εἰς γοῦν.

(30) Concil., οὐδὲ. Mox Genebrard., ἀλλὰ σῶσαι αἱ.

Ibid. Conc., τρεῖς ὑποστάσεις συναΐδιοι (31) Concil., οὕτω.

(32) Concil., σεβόμεθα. Ὁ οὖν.

(33) Concil., σάρκωσιν. Mox Genebrard. habet εἰ ante ὀρθῶς.

(34) Concil., Θεός καὶ ἄνθρωπος.

(35) Concil., ἡμέτερον, καὶ κατήλθεν ἐν ἄδῃ.

(36) Concil., ἣν ἐὰν μὴ εἰς ἕκαστος πίστεως βεβαίως πιστεύσῃ, etc.

Ἄλλη γὰρ ὑπόστασις τοῦ Πατρὸς, ἄλλη τοῦ Υἱοῦ, ἄλλη τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἄλλα τὸ Πατὴρ, καὶ τὸ Υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, μία ἐστὶν ἡ θεότης, ἐν τῷ κράτει, μία ἐξουσία, μία βασιλεία, ἴση ἡ δόξα, ἴση ἡ μεγαλωσύνη καὶ αἰώνιος. Ὁσὸς ὁ Πατὴρ, τοιοῦτος ὁ Υἱὸς, τοιοῦτον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἄκτιστος ὁ Πατὴρ, ἄκτιστος ὁ Υἱὸς, ἄκτιστον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ οὐ τρεῖς ἄκτιστοι, ἀλλ' εἰς ἄκτιστος. Παντοκράτωρ ὁ Πατὴρ, παντοκράτωρ ὁ Υἱὸς, παντοκράτωρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ οὐ τρεῖς παντοκράτορες, ἀλλ' εἰς παντοκράτωρ. Αἰώνιος ὁ Πατὴρ, αἰώνιος ὁ Υἱὸς, αἰώνιον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ οὐ τρεῖς αἰώνιοι, ἀλλ' εἰς αἰώνιοι. Παντοδύναμος ὁ Πατὴρ, παντοδύναμος ὁ Υἱὸς, παντοδύναμον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ οὐ τρεῖς παντοδύναμοι, ἀλλ' εἰς παντοδύναμος. Οὕτω θεὸς ὁ Πατὴρ, θεὸς ὁ Υἱὸς, θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ οὐ τρεῖς θεοὶ, ἀλλ' εἰς ἐστὶ θεός. Κύριος ὁ Πατὴρ, Κύριος ὁ Υἱὸς, Κύριος τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ οὐ τρεῖς κύριοι, ἀλλ' εἰς ἐστὶ Κύριος. Καὶ ὡς περ μοναδικῶς μίαν ἐκάστην ὑπόστασιν θεὸν καὶ Κύριον ὁμολογεῖν Χριστιανικῇ ἀληθείᾳ ἀνηγορεύμεν, οὕτω τρεῖς θεοὺς ἢ τρεῖς κυρίους λέγειν οὐ συναινοῦμεν, ἀλλὰ παντελῶς ἀπαγορεύομεν. Πατὴρ γὰρ παρ' οὐδενός ἐστι ποιητὴς, οὐ κτιστὸς, ἀλλ' ἀγέννητος. Ὁ Υἱὸς ἀπὸ τοῦ Πατρὸς ἐστὶν οὐ ποιητὴς, οὐ κτιστὸς, ἀλλὰ γεννητὸς. Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς ἐστὶν οὐ ποιητὴν, οὐ κτιστὸν, οὐ γεννητὸν, ἀλλ' ἐκπορευτὸν. Εἰς λοιπὸν ὁ Πατὴρ, οὐ τρεῖς πατέρες· εἰς Υἱὸς, οὐ τρεῖς υἱοὶ· ἐν Πνεύμα ἅγιον, οὐ τρία πνεύματα ἅγια. Καὶ ἐν ταύτῃ τῇ Τριάδι οὐδεὶς πρῶτος ἢ ἑσχατος, οὐδεὶς μέγας ἢ μικρός· ἀλλὰ αἱ τρεῖς ὑποστάσεις αἰώνιοι τέ εἰσι καὶ ἴσαι εἰς πάντα, ὡς προείρηται. Μονάδα γοῦν ἐν Τριάδι, καὶ Τριάδα ἐν μονάδι πᾶς Χριστιανὸς εὐσεβεῖσθω καὶ οὕτω περὶ τῆς ἁγίας καὶ ζωοποιοῦ καὶ ὁμοουσίτου Τριάδος δοξαζέτω.

Ἀναγκαῖον δὲ ἐστὶ καὶ τὴν σάρκασιν τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁρθῶς πιστεῦναι. Ἔστι γοῦν ἡ πίστις ὁρθή, ἵνα πιστεύομεν καὶ ὁμολογῶμεν, ὅτι ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, θεὸς καὶ ἀνθρώπος ἐστὶ. Θεὸς ἐστὶν ἐκ τῆς οὐσίας Πατρὸς [αἱ. ἄκτιστός ἐστι καὶ οὐσία Πατρὸς], ἀνθρώπος ἐστὶν ἐκ τῆς οὐσίας τῆς Μητρὸς. Ἐπιτεθὴ γὰρ ἀμαρτίας· ὁ Ἀδὰμ θανάτῳ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ὑπέβαλε, καὶ τὴν φύσιν ἡμῶν ὑπεύθυνον τῷ χρεῖσι πεποίηκεν· ὁ Υἱὸς λοιπὸν τοῦ ἀοράτου Πατρὸς καὶ Θεοῦ, τῶν οὐρανῶν οὐκ ἐκστάς, πρὸς ἡμᾶς κατέβη· καὶ δι' ἀσκήσας εἰσῆλθὼς τὴν νηδὺν τῆς ἁγίας Παρθένου, μυστικῶς τὴν κοίτην αἰρησάτω, ἐκεῖς τὴν ἡμετέραν φύσιν κατ' ἄκραν ἔνωσιν· θεὸς ὅμοι καὶ ἀνθρώπος προσβῆναι, οὕτω τὴν καθ' ἡμᾶς οικονομίαν ἐπλήρωσε δι' ἄρατον ἔλεον. Καὶ τέλειος θεὸς ὢν, γέγονε τέλειος ἀνθρώπος, μὴ τραπέλις, μὴ ἀλλοιωθεὶς τὴν ὑπερούσιον καὶ ἀβυσσῶν φύσιν τῆς αὐτοῦ θεότητος, ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ ἀνομιλίτης σαρκὸς οὐσωθεὶς· αὐτὸς ἐλαυθὸν σὺν τῷ συμπερὶ αὐτοῦ παναγῶ Πνεύματι δημιουργήσας τὴν παναγίαν τῆς σαρκὸς πρόδηλῆν, τελείαν οὐσίαν ἀνθρωπίνην ἐνυπόστατον αὐτῷ καὶ ἀδιαίρετον ἐξ αὐτοῦ, ἀμαρτίας· ἀμέ-

Alia est enim persona Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti. Sed Patris, et Filii, et Spiritus sancti una est divinitas, unum imperium, una potentia, unum regnum, æqualis gloria, æqualis et æterna majestas. Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus sanctus. Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus sanctus; nec tamen tres increati, sed unus increatus. Omnium imperator Pater, omnium imperator Filius, omnium imperator Spiritus sanctus; nec tamen tres omnium imperatores, sed unus omnium imperator. Æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus sanctus; nec tamen tres æterni, sed unus æternus. Omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus sanctus; nec tamen tres omnipotens, sed unus omnipotens. Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus; nec tamen tres dii, sed unus est Deus. Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus sanctus; nec tamen tres domini, sed unus est Dominus. Et sicut singillatim unamquamque personam Deum ac Dominum confiteri oportere Christiana veritate defendimus; ita tres deos aut tres dominos dici non probamus, sed omnino repudiamus. Pater enim a nullo est factus, non creatus, sed ingenuus. Filius a Patre est non factus, non creatus, sed genitus. Spiritus sanctus a Patre est non factus, non creatus, non genitus, sed procedens. Unus demum est Pater, non tres patres; unus Filius, non tres filii; unus Spiritus sanctus, non tres spiritus sancti. Et in hac Trinitate nemo primus aut postremus: sed tres personæ æternæ sunt et æquales in omnibus, et supra dictum est. Unitatem ergo in Trinitate, et Trinitatem in unitate omnis Christianus confiteatur: et ita de sancta, vivifica et consubstantiali Trinitate sentiat.

Necesse autem est et de incarnatione Filii Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi recte credere. Est ergo fides recta ut credamus et confiteamur, quia Dominus noster Jesus Christus Dei Filius, Deus et homo est. Deus est ex substantia Patris: homo est ex substantia Matris. Cum enim peccato suo Adam hominum genus morti subiecisset, naturamque nostram debito obnoxiam fecisset: ideo Filius invisibilis Patris et Dei, ex cœlis minime discedens ad nos descendit: ac per auditum ingressus in uterum sanctæ Virginis, mystice, seu arcano modo uteri gestationem effecit, ingressus in naturam nostram per summam unitatem: una Deus et homo progressus, sic eam quæ nos spectat œconomiam implevit, per ineffabilem misericordiam. Et perfectus Deus cum esset, factus est perfectus homo, non conversus, neque mutatus secundum supersubstantialem et ineffabilem substantiam suæ deitatis, ac anima rationali et humana carne subsistens. Sibi ipse cum Spiritu sanctissimo qui ejusdem est naturæ, auctor est sacratissimæ assumptionis carnis. Perfectam humanam substantiam (assumpsit) in se subsistentem, et a

se indivisibilem, peccati expertem; corpore ex virginali casto sanguine Deiparæ compacto, absque voluntate aut cogitatione carnali: anima vero immaterialiter creata, intelligente, rationali, voluntate prædita, et vi operandi; quæ tota cum carne visa est, ex ipso initio, ex prima existentia, non confusam secundum hypostasim. Æqualis ergo est Patri secundum divinitatem, minor autem Patre secundum humanitatem. Et reipsa verus est Deus et homo: nec tamen duo, sed unus est Christus. Unus autem, non conversa carne, sed assumpta in Deum. Unus omnino non confusione substantiæ, sed unitate personæ. Nam sicut anima rationalis et caro unus est homo, ita Deus et homo unus est Christus. Qui passus est carne propter nostram salutem, divinitate impatibili remanente; et sepultus est, et resurrexit, et assumptus est in cælos, sedique a dextris Dei et Patris. Inde rursum veniens judicabit vivos et mortuos. Ad cujus adventum omnes qui a sæculo dormierunt homines resurgent, rationem reddituri de operibus suis. Et qui bona egerunt ibunt, ejus Jussu, in vitam æternam: qui vero mala egerunt, ibunt in supplicia æterna. Hæc igitur est orthodoxa fides, quam qui non intemeratam servavit, salvus esse non potest.

Α θεκτον· εκ των παρθενικων αγνων αιματων της θεομητορος συμπαγνεντος του σωματος, χωρης τινος θεληματος η εννοηματος σαρκικου· της δε ψυχης αδελως κτισθεις, νοερως, λογικης, θελητικης, ενεργητικης, διης τελειαμένης σὺν τη σαρκι, εξ αυτης αρχης, εκ πρώτης υπάρξεως, δια την προς αυτην τον θεον λόγον άκρας ενωσειν, ασύγχυτον καθ' ύπόστασιν. Ἰσος οὖν ἐστι τῷ Πατρὶ κατὰ την θεότητα, ἀλλάττων δὲ τοῦ Πατρὸς κατὰ την ανθρωπότητα. Καὶ οὕτως ἀληθινὸς ὑπάρχει θεὸς καὶ ανθρωπος· ὁμοως οὐ δύο, ἀλλ' εἰς ἐστιν ὁ Χριστὸς· εἰς δὲ οὐ τραπεῖσα ἡ σὰρξ, ἀλλὰ ἀναληφθεῖσα εἰς τὸν θεόν· εἰς ὁμοίως οὐ συγχύσει οὐσιῶν, ἀλλ' ἐνωσει τὸ καθ' ὑπόστασιν. Καὶ γὰρ ὡσπερ ψυχῆ λογικῆ καὶ σὰρξ εἰς ὑπάρχει ανθρωπος, οὕτω καὶ θεὸς καὶ ανθρωπος εἰς ἐστιν ὁ Χριστὸς. Ὅς ἔπαθε τῆ σαρκὶ διὰ την ἡμετέραν σωτηρίαν, ἀπαθὸς τῆς θεότητος μενούσης· καὶ ταπεινός, καὶ αναστάς, καὶ ἀναληφθεὶς εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ καὶ Πατρὸς. Ἐκείθεν δὲ πάλιν ἐρχόμενος κρινεῖ ζῶντας καὶ νεκρούς. Οὗ τῆ παρουσίᾳ πάντες ὁ ἀπ' αἰῶνος κεκοιμημένοι ανθρωποι ἀναστήσονται, λόγον ἀποδοῦναι περὶ των πράξεων αὐτων. Καὶ οἱ μὲν τὰ ἀγαθὰ πράξαντες, πορεύονται εἰς κελύσματι αὐτοῦ εἰς αἰώνιον ζωὴν· οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες, πορεύονται εἰς αἰώνιους κόλασεις. Αὕτη τοίνυν ἐστὶν ἡ ὀρθόδοξος πίστις, ἣν ὁ μὴ τηρήσας ἀμύμητον, σωθῆναι οὐ δύναται.

## Cod. Colbertinus 3133, nulla inscriptione.

KIKUNES vult salf estre, devant totes choses bosoing est qu'il tienget la commune fei.

Laquele si cascun entiere e neent malmisme ne guarderat, sanz dotance pardurablement perirat.

Iceste est a certes la commune fei, que un deu en Trinitet e la Trinitet en unitet aorums.

Ne mie confundanz le persones, ne la substance deseuranz.

Altre est a decertes la personne del Perre, altre del Filz, altre del Saint Espiriz.

Mais del Perre e del Filz e del Saint Esoirit une est divinitet, oele gle pardurable majestet.

Quels est li Perre . tels est li Filz, tels li Saint Espiriz.

Neent criez li Perre, neent criez li Filz, neent criez li Sainz Espiriz.

Granz est li Perre, granz est li Filz, granz est li Sainz Espiriz.

Pardurables li Perre, pardurables li Filz, pardurables li Sainz Espiriz.

Nequedent ne sunt mie treis pardurables, mais un pardurable.

Si cume ne sunt treis nient criez ne treis granz, mais uns nient criez e uns Granz.

Ensement trestutpoant li Perre, trestutpoant li Filz, trestutpoant li Sainz Espiriz.

E nequedent nient tres trestutpoant mais un Trestutpoant.

C Issi faitement Deus est li Perre, Deus li Filz, Deus li Sainz Espiriz.

E nequedent ne sunt treis Deus, mais uns Deus est.

Issi est li sire Perre, li sire Filz, li sire Sainz Espiriz.

E nequedent ne sunt treis Seignurs, mais uns est Sire

Kar si cume senglement chascune personne diu u nre Seignur regesir par Cristiene veritet fumes debotet,

Si faitement tres Deus u Seignurs dirre par commune religiun sumes deveet.

Li Perre de nul n'est fait ne creex ne engendrez.

D . . . . .

Li Sainz Espiriz del Perre et del Filz, nient fait ne criez ne engendrez, mais avant cissuz.

Dunkes est uns Perre, nient treis perres, uns Filz, nient treis filz, uns Sainz Espiriz, nient treis sainz espiriz.

E en iceste Trinitet nule chose primes u derains, nule chose greindre u mendre.

Mais totes les treis persones ensemble parmaçables à sei sunt e ensemble oeles.

Issi que par totes choses, si cume ja devant dit est, e la unitet en la Trinitet e la Trinitet en un seit a onorer.

Ki vult dunkes salff estre, issi faitement de la A kar nostre sire Jhu Crist Filz de deu Deus e hom  
Trinitet sentet.

Mais besoignable chose est à la pardurable san-  
tet, que lencarnatiun adcertes nre Seigneur Jhu  
Crist chacuns feelment creiet.

I dunc est dreite fei que creums e regelisums,

Deus est de la substance del Perre devant les  
sierlez engendrez, e hom est de la substance de sa  
mere en siecle nez.

*Reliqua desunt.*

CANTICUM BONEFACII : *Quicumque vult salvus esse, etc.*

Ce chant fust S. Anaistaise qui apostoilles de Rome.

**663** QUICUNQUES veust estre sans (*saes*, sic cod.)  
devant toutes choses est mestiers que il tiegne la com-  
mune foi. Nul ne puet estre sans (*saes*, sic cod.) se  
il ne mentient en sa vie seinte crestienne feelment.

Laquelle se chacuns naura gardee entiere et nient  
violee sanz doute pardurablement perira. Qui ne  
tenra ceste foi de seinte crestiente loiaument en fin  
sera dampnez pardurablement.

Certes la foiz commune des Crestiens est ceste  
que un Dieu en Trinite et la Trinite en unite  
enorms. Tele est la foiz de seinte crestiente  
que tuit Chrestien doivent croire et aorer un  
seul Dieu en Trinite et la Trinite comme un seul  
Dieu.

Et non confundanz les personnes ne la sustance  
de partanz issi est que nos ne devons pas me-  
screire que les troies personnes ne soient un Dex ne  
dire que la Trinite soient troi Dieu.

Car une est la persone dou Pere. et autre la C  
persone du Fill. et autre la persone dou Saict  
Esperit.

Mes cele dou Pere et cele dou Fill. Et cele dou  
Saint Esperiz est une divinitez egal gloire pardu-  
rable pardurable ma estez.

Ces troies personnes toutes ensamble sont uns  
seuls Dex.

Quiex (sic cod.) est li Peres tex est li Filz et tex  
est li Seinz Esperiz. De tele hautece comme li Pe-  
res est de tele est li Filz et li Seinz Esperiz.

Non crez est li Peres non criez est li Filz non  
criez est li Seinz Esperiz : Nus ne fist le Pere, ne le  
Fill. ne le Seint Esperiz.

Granz est li Pere granz est li Filz granz est li  
Seinz Esperiz.

La grandee dou Pere et dou Fill', et dou Seint  
Esperiz est une chose.

Pardurables est li Peres pardurables est li Filz  
pardurables est li Seinz Esperiz

Et ne por quant (sic cod., id est, *pourtant*) il  
ne sont pas troi pardurable mes uns pardurables.  
Ces troies pardurabletez mes une seule.

Si come il ne sunt mie troi vient trie ausi ne  
sunt il mie troi granz mes tuit troi ensemble sunt  
uns deux vient trie et uns seul deux granz.

Ansint est touz puissanz li Peres tous puissanz  
li Fillz tous puissanz li Seinz Esperiz. Chacune de  
ces troies personnes par soi est touz puissanz

Et ne por quant ne devons pas dire que ces

troies personnes soient troi Dieu tout puissant :  
mes uns deux toz puissanz.

Ausi est deuz li Peres. deuz li Filz diex li Seins  
Esperiz.

B Et ne porquant ne devons pas dire que ces  
troies personnes soient troi Dieu mes uns seuls  
Dieux.

Au tressi sires est li Peres sires est li Filz. si-  
res est li Seins Esperiz. Chacuns de cez par soi  
est sires.

Et ne porquant ne devons pas dire que ces troies  
personnes soient troi Seigneur, mes uns seuls sires  
et uns seuls Dieux.

Car si comme sanglement chacune persone so-  
mes amoneste regchir Dieu et Seigneur par cre-  
stienne verite illi somes nos devec adire par com-  
mune religion trois dieux et trois seigneurs ausi  
comme la reisons requiert que nos dions que cha-  
cune de ces personnes est deuz ausi requiert ceste  
meisme reisons Crestienne que nos ne dions mie que  
ce soient troi dieu ne troi seigneurs mes uns seuls  
Dieux et uns seus Sires.

Li Peres est faiz de nului ne criez ne engendrez.  
La persone dou Pere ne descendi de nului non ne  
nest se de lui non.

Li Filz est dou seul Pere ne mie fait ne criez  
mes engendrez li Filz descendit dou Pere issiq li  
Peres nil Fist ne ne cria, ainz le traist de soi et  
envoia comme son Esperite.

Li Seins Esperiz est dou Pere et dou Fill ne mie  
faiz ne engendrez mes descendants

Li Peres ne li Fils ne furent mie le Seint Es-  
periz quar ce est li leur meesmes.

D Donques luis est Peres ne mie Fill li uns Seinz  
Esperites ne mie troi Seinz Esperite. Ces troies  
personnes ne sunt que uns seuls Dieux.

En ceste Trinite nest nule chose aincois ou apres  
nule chose geindre ou meindre mes toutes les  
troies personnes sunt ensamble pardurables. et en  
samble jeux nule de ces trois personnes nest grandre  
de l'autre. ne mendre de lautre quar ce est une  
seule deitez.

Et issi come il est ladit ca devant le devons croire  
que lunitez soit a enorer (sic cod.) en la Trinite. et  
la Trinitet en lunite. Issi come au commencement  
de cest Siaume a este dit croire devons fermement  
que ces trois personnes sunt uns seul Deux.

Qui veust donques estre sans issi sente de la

Trinite. Entende et croie fermement que ces troies personnes sunt uns sens Dieux. Mes besoiz est apardurable salu que ausi croie chacuns felement lincarnation de nostre Seigneur Dieu Jhesu Crist. Nus ne puet estre saus se il ne croit fermement que nostres sires Jhesu Crist descendi en terre. et prist chair en la glorieuse Virge Marie por nostre sauvement. Donques est droite foiz que nous creons et regeissons que nostres sires Jhesu Criz est Fils de Dieu et Dieux et om. Droiz est que nos qui somes Crestien creons fermement que li Esperites qui descendi en la Virge Marie et la sainte chars que il prist sunt uns seuls Diex qui est apelez Jhesu Criz. Il est Dex dela sustance dou Pere engendrez devant les siecles et om est dela sustance dela mere nez ou siecles Apertement poons vouer que nostres sires Jhe Criz est Dex de par le Pere car ce est li Esperites dou Pere et om de par la mere par la char que il prist en li. Par feiz Dex. par feiz om de revable ome et de char humaine parmenanz. Jhe Criz est voirs Dex et voirs om car cest ii Esperites de Dieu qui prist char teerienne Egal au Pere selonc lumanite selonc ce que Jhu Criz est Dex est ineux au Pere et selonc la char est mendra de lui. Et ja soit ce quil est Dex et om. ne por quant ce ne sunt mie dul Criz ainz est uns seuls Criz, et ne porquant se Jhu Criz est Dex et om : por ce ne doit on mie dire que ce soient dui Crist Uns certes est ne mie par le convertissement **664** de divinite en chars mes par la prise dumanite en Dieu. ces deux choses deux et om ne demontrent n ie une parce que la deitez fust muee en char n es porce que la char nua la deitez en Dieu. Uns

A del tout ne mie par annullement de substance meis par lunité de persone. Car si come lame reissable et la charz est uns om ausi Dieux et om est uns Crist. La nature dela char ne pot mie faire Dieu et soi une chose mes la force de lespirite fist soi et la char un Dieu.

Qui soffri passion por nostre salu descendi as enfernez au tier jor resuscita de mort lcele chars que li Esperites prist en la glorieuse Virge morut pro nos sauver. et descendi a enfer por delivrer ses amis qui estoient et la force de lespirite la fist resusciter et lamporta osoi. Il monta es ciens et siet ala destre de Dieu le Pere tout puisant diluec est avenir jugier les vis et les mors.

B Nostres sires Jhesu Criz qui souffri mort por nos et descendi a enfer por ses amis. et resuscita de mort a vie et monta es ciels descendra au jour del ivise pour jugier les vis et les mors Au cui avènement tuit li ome ont areusciter e leurs cors et sunt arende de leur propres feiz reson. Quant nostres sires Jhesu Criz vendra jugier le monde lors reverront toutes genz en chair et en os et leur es convendra rendre raison de leur vœuvres. Et cil qui bien firent iroent en vie pardurable. meis cil qui mal firent iroent en feu qui durera sans fin. En la gloire Dieu enterront, cil qui mal auront oure descendront en enfer. Ceste est la foi commune la quele se chacuns naura creue feelment, et fermement saus ne porra estre Itex est la creance de sainte crestienie comme cist siaumes nos devise et qvi issi ne croit dannez sera pardurablement.

#### ADMONITIO.

*Hic Symboli Quicunque commentarius prodit ex codice bibliothecæ Sancti Germani a Pratis numero 199 quingentorum circiter annorum, non indignus qui studioso lectori exhibeatur.*

#### INCIPIT TRACTATUS DE FIDE CATHOLICA.

1. Quicumque vult salvus esse ante omnia opus est ut teneat catholicam fidem. Hic beatus Athanasius liberum arbitrium posuit : sicut dicit in Psalmo : *Quis est homo qui vult vitam* <sup>66</sup>, et iterum in Evangelio ipsa Veritas ait : *Qui vult venire post me* <sup>67</sup>, similiter et hic, *Quicumque vult*. Quare Deus omnipotens nullum hominem invitum aut coactum trahit ad fidem, nisi qui sua propria voluntate vult venire ad fidem. Sed quicumque vult salvus esse in corpore vel in anima, necessitas est illi ut teneat catholicam fidem. Quare ante omne opus necesse est ut fides precedat ; ante omnem operationem, ante omnem inchoationem, ante omne principium unicuique opus est ut teneat catholicam fidem, dicente Apostolo : *Sine fide impossibile est placere Deo* <sup>68</sup>. Unde et Ilabac propheta ait : *Iustus autem ex fide vivit* <sup>69</sup>. *Catholica* : est sermo Græcus, Latine interpretatur, *generalis* vel

*universalis*. Generalis pertinet ad omnes homines : universalis quia per universum orbem diffusa est. Fides est credulitas quæ veraciter credimus id quod nequaquam videre valemus. Unde Apostolus dicit : *Fides est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium* <sup>70</sup>. Dicitur enim fides eo quod fit inter Deum et hominem. Istam fidem, istam credulitatem ante omnia nobis opus est tenere, quia fides est fundamentum omnium virtutum. Et ideo prius ædificemus fidem quæ est fundamentum et super eam cæteras virtutes : quia sine fide nullus salvus esse potest.

2. *Quam nisi quisque integram inviolatamque servaverit absque dubio in æternum peribit*. Quam fidem nisi quisque integram, id est unusquisque integram et plenam et perfectam servaverit, id est ut eam non scindat per hæresim neque ab ullo schismate corrumpatur. *Inviolatam*, id est, ut eam non vio-

<sup>66</sup> Psal. xxxiii, 12. <sup>67</sup> Matth. xvi, 24. <sup>68</sup> Hebr. xi, 6. <sup>69</sup> Galat. iii, 14. <sup>70</sup> Hebr. xi, 4.

let male docendo, atque prædicando, ut si eam non custodierit integram et inviolatam, absque dubio in æterna damnatione peribit.

3. *Fides autem catholica hæc est, ut unum Deum in Trinitate et Trinitatem in unitate veneremur.* Nunc manifestat quid est fides, vel qualis est, vel qualiter unusquisque credere debeat. *Ut unum Deum in Trinitate et Trinitatem in unitate veneremur.* Debemus Deum credere trinum et unum. Unum in substantia, et trinum in personis. Nec propter Trinitatem debemus dimittere unitatem, nec propter unitatem debemus dimittere Trinitatem. Ut ipsum queu colimus, credimus, unum veneremur et trinum, unum propter unitatem substantie, trinum propter personarum vocabula. Veneremur, id est, adoremus.

4. *Neque confundentes personas neque substantiam separantes.* Confundere est commiscere. Quare non debemus tantum unam personam credere, sicut Sabellius hæreticus assererat, sed tres personas, Patrem et Filium et Spiritum sanctum. Nec substantiam separare, ut Arius hæreticus affirmabat: dicebat enim quod sicut erant tres personæ ita fuissent et tres substantiæ. Patrem assererat majorem Filio, Filium minorem Patre, Spiritum sanctum ministrum eorum dicebat. Substantia dicitur eo quod ex semetipsa subsistat. Substantia vero commune est nomen omnium rerum que sunt. Cælum enim, sol, luna, terra, arbores et homines substantiæ dicuntur. Deus igitur substantia est et substantia prima, et omnium substantiarum causa, quia omnium rerum Creator est. Essentia igitur proprie deo dicitur, quia semper est quod est qui incommutabilis est.

5. *Alia est enim persona Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti.* Hic contra Sabellium sunt personæ divisæ, qui assererat esse unam. Quia Pater in sua persona nec est Filius, sed tantum Pater, nec Filius in sua persona est Pater, sed tantum Filius, nec Spiritus sanctus in sua persona est Pater nec Filius, sed tantum Spiritus sanctus: ex utroque procedens persona dicta est eo quod per se sonat.

6. *Sed Patris et Filii et Spiritus sancti una est divinitas, æqualis gloria, coæterna majestas,* id est, coæqualis, sine initio et fine, et gloria et potentate.

7. *Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus sanctus.* Quia sicut Pater est æternus vel omnipotens seu invisibilis, similiter et Filius et Spiritus sanctus.

8. *Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus sanctus.* In, præpositio est in hoc loco, pro, non, posita. Increatus Pater, id est, non creatus, quia ipse est Creator omnium, et a nullo creatus; ipse est omnium Factor et a nullo factus. Increatus Filius, increatus Spiritus sanctus. Increatus Fi-

lius, non creaturasicut Arius dicebat, quia simul omnia creavit cum Patre. Similiter et Spiritus sanctus.

9. *Immensus Pater, immensus Filius, immensus Spiritus sanctus.* Immensus, quia ejus magnitudinem vel quantitatem nullus mensurare potest, quia cælo est excelsior, et terra profundior et latior mari. Et est incircumscriptus, incorporeus, inlocalis, ubique totus, et non est locus ubi non sit, sicut dicit in Psalmo: *Si ascendero in cælum, tu illic es, si descendero ad infernum, ades* 27. Et si ivero ad extrema maris, ibi me dextera tua tenebit. Ipse est enim intra omnia et non inclusus, extra omnia et non exclusus. Similiter et Filius, qui attingit a fine usque ad finem fortiter. De quo scriptum est: *Verbo Domini cæli firmati sunt* 28. Pari modo et Spiritus sanctus, unde dicitur: *Spiritus Domini replevit orbem terrarum* 29.

10. *Æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus sanctus.* Hic æternum pro sempiterno debemus intelligere. *Æternus Deus dicitur,* quia sine initio et sine fine constat: similiter et Filius et Spiritus sanctus. Sicut nunquam non Pater ita nunquam non Filius ac Spiritus sanctus.

11. *Et tamen non tres æterni, sed unus æternus,* id est, in substantia.

12. *Sicut non tres increati, nec tres immensi, sed unus increatus et unus immensus.* Quia unum est in substantia.

13. *Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus sanctus.* Omnipotens dicitur Pater quia omnia potest, non a patiendo quod non vult, sed a faciendo omnia quæcunque vult, quia nihil illi impossibile est: omnipotens et Filius. Quidquid potest Pater, potest et Filius, nihilominus et Spiritus sanctus.

14. *Et tamen non tres omnipotentes, sed unus omnipotens,* id est, in substantia. Ista nomina Patris et Filii et Spiritus sancti, quæ sæpe diximus, relativa sunt, quia alia ad alia referuntur; sicut verbi gratia servus ad dominum, dominus ad servum, magister ad discipulum et discipulum ad magistrum: pater ad filium et filius ad patrem. Quia nullus pater dicitur, nisi habeat filium cujus sit pater, et nullus filius dicitur, nisi habeat patrem cujus filius sit. Quia si non habuisset filium, nunquam habuisset nomen patris. Similiter Spiritus sanctus non a se, sed alicujus est spiritus. Est et aliquod vocabulum ubi spiritus relative dicitur, quotmodo donum donatoris et donator doni. Donatorem dico esse Patrem, donum vero Spiritum sanctum. Donum refertur ad donatorem, et donator ad donum. Ecce qua ratione Spiritus sanctus relative dicitur.

15. *Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus.* Deus proprium nomen Trinitatis pertinens ad Patrem et Filium et Spiritum sanctum, transla-

27 Psal. cxxxviii, 8. 28 Psal. xxxii, 6. 29 Sap. i, 7.

tum ex Græca appellatione. Nam Deus Græce dicitur *Theos*, id est *timor*, unde tractum est Deus quod eum colentibus sit *timor*. Proprium nomen est *Pater*, quia solus est *Pater*, et proprium nomen est *Filius*, quia solus *Filius* est a solo *Patre*, et proprium nomen est *Spiritus sanctus*, quia ab utroque procedit. Deus est *Pater*, quia ipse est fons et origo deitatis. Similiter *Filius* Deus, hoc non a semetipso quia non est a se, sed a solo *Patre* est genitus. Pari modo et *Spiritus* non a se Deus, sed a *Patre* et *Filio* est procedens.

16. *Et tamen non tres dii, sed unus est Deus.* Sicut scriptum est : *Audi, Israel, Dominus Deus tuus Deus unus est* <sup>16</sup>.

17. *Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus sanctus.* Dominus dicitur a dominatione eo quod creaturam suam dominetur, regat atque gubernet. Similiter et *Filius* et *Spiritus sanctus*.

18. *Et tamen non tres Domini, sed unus est Dominus* ; in substantia.

19. *Quia sicut singillatim unamquamque personam Deum ac Dominum confiteri Christiana veritate compellimur.* Singillatim, id est, distincte vel separatim. De *Patre* si quis te interrogaverit, quid est in persona? responde, Deus et Dominus : si autem de *Filio*, Deus et Dominus similiter : si vero de *Spiritu sancto*, indubitanter responde plenum Deum et Dominum esse. *Compellimur*, id est, cogimur vel admonemur. *Ita tres deos aut dominos dicere catholica religione prohibemur*, id est vetamur.

20. *Pater a nullo est factus nec creatus nec genitus.* *Pater* a nullo est factus, quia ipse est omnium factor. Nec creatus, sed creator, nec genitus, sed genitor. *Pater* enim Græce Latine genitor dicitur.

21. *Filius a Patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus.* *Filius* a *Patre* solo est non factus, quia ipse est omnium factor simul cum *Patre*. Sed est genitus solus a solo *Patre*. Et unamque persona habet proprium, quod non habet alia. Proprium habet in persona *Pater*, quia solus *Pater* est. Et proprium habet in persona *Filius*, quia solus a *Patre* genitus est. Sed et habet aliquid proprium *Filius* quod non habet *Pater*, nec *Spiritus sanctus*. Habet æternitatem cum *Patre* et *Spiritu sancto* : et habet in tempore nativitatem de *Matre*, quam non habet *Pater*, nec *Spiritus sanctus*. Quia non suscipit *Pater* carnem in sua persona, nec *Spiritus sanctus*, sed tantum *Filius*, ut nobis in se ostenderet duas habere naturas ; unam ante omnia sæcula qua genitus est ex *Patre*, et de qua dicit *Isaias* : *Generationem ejus quis enarrabit* <sup>17</sup> ? alteram in tempore qua natus est ex *Matre*, de qua dicit *Paulus apostolus* : *Cum autem venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege* <sup>18</sup>, in quo com-

placuit plenitudinem divinitatis habitare corporaliter. De *Patre* sine initio, et sine fine ; de *Matre* initium habet et nullo concluditur fine.

22. *Spiritus sanctus a Patre et Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.* *Spiritus sanctus* non debet ingenuus vel genitus dici, quia si ingenuus diceretur sicut *Pater*, dicerentur duo patres. Si genitus, duo filii æstimari possent. In sancta *Trinitate* proprium habet *Spiritus sanctus* quia non est *Pater*, nec *Filius*, sed *Spiritus sanctus* et procedens a *Patre* et *Filio*. Audis quia iste ab ambobus, sed *Filius* ab uno, *Pater* a nullo est. Ac per hoc demonstrantur aperte proprietates eorum. Ideo igitur *Spiritus Dei sanctus* vocatur, quia *Patris* et *Filii* sanctitas est. Nam cum sit et *Pater spiritus* et *Filius spiritus*, et *Pater sanctus* et *Filius sanctus*, proprie tamen vocatur ipse *Spiritus sanctus*.

23. *Unus ergo Pater, non tres patres, unus Filius, non tres filii, unus Spiritus sanctus, non tres spiritus sancti.* Sed unus *Pater*, quia solus sibi unicui genuit *Filium*. Et unus *Filius*, quia singulariter ab uno *Patre* genitus est. Unus *Spiritus sanctus*, quia a *Patre* et *Filio* unicui procedit.

24. *Et in hac Trinitate nihil prius aut posterius, nihil majus aut minus.* Nihil prius aut posterius, quia nullus antiquior est et nullus posterior, nullus inferior et nullus superior. *Sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt et coæquales*.

25. *Ita ut per omnia, sicut jam supra dictum est, et unitus in Trinitate, et Trinitas in unitate reueranda sit.* Debemus culere et adorare *Trinitatem* in unitate, et unitatem in *Trinitate*.

26. *Qui vult ergo salvus esse, ita de Trinitate sentiat.* Hic rogat et admonet ut unusquisque doctor memoriter eam teneat, et firmiter credat, et alium prædicando doceat.

27. *Sed necessarium est ad æternam salutem ut incarnationem quoque Domini nostri Jesu Christi fideliter credat.* Necessè est nobis ut, sicut superius diximus, ita credamus. Si vero vitam æternam volumus habere, id est, cum *Christo* sine fine regnare, necesse est ut incarnationem *Domini nostri Jesu Christi* fideliter credamus. Quomodo fideliter? Non adoptivum, sed proprium *Dei Filium*, sicut dicit *Apostolus* : *Proprio Filio suo non pepercit Deus, sed pro vobis omnibus tradidit illum* <sup>19</sup>.

28. *Est ergo fides recta ut credamus et confitemur, quia Dominus noster Jesus Christus Dei Filius, Deus et homo est.* Pari modo inchoat enarrare secundum humanitatem *Christi*, quod sit fides recta, ut ipsam humanitatem credamus corde et confitemur ore, sicut dicit *Apostolus* : *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem* <sup>20</sup>. Deus et homo unus est. Est verus *Dei Filius*, quia

<sup>16</sup> Deut. vi, 4. <sup>17</sup> Isa. LIII, 8. <sup>18</sup> Galat. iv, 4.

<sup>19</sup> Rom. viii, 31. <sup>20</sup> Rom. x, 10.



secundum divinitatem nihil minus, extra secundum humanitatem quam Deus Pater, nihil minus extra peccatum quam homo.

29 *Deus est ex substantia Patris ante sæcula genitus, et homo est ex substantia matris in sæculo natus.* Deus est ex substantia Patris, id est, ex æqualitate naturæ, ante sæcula genitus, id est, ante omnem creaturam sicut dicit in Psalmo : *Ex utero ante luciferum genui te* 96. Ex utero, id est, ex mea substantia; ante luciferum, id est, ante omnem creaturam. *Et homo est ex substantia matris in sæculo natus,* id est, totus homo cum corpore, et anima, in omnia nobis similis, absque peccato. Ex substantia matris, id est, de æqualitate naturæ matris in sæculo natus, id est, in his temporibus. Non aliunde nisi de semine mulieris sine coitu viri carnem suscepit. Unde Salomon : *Sapientia edificavit sibi domum* 97, hoc est, ædificavit Christus sibi carnem de beata Maria, de qua legitur : *Qui factus est ei ex semine David secundum carnem* 98.

30. *Perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali et humana carne subsistens.* Perfectus Deus, id est, plenus, quia nihil indiguit. Perfectus homo, quia nihil minus habuit extra peccatum, quam homo. *Ex anima rationali.* Christus veram animam habuit unde Sapientia crescere potuisset, sicut dicit in Evangelio : *Jesus autem proficiebat sapientia et ætate* 99. Sapientia in anima, et ætate in corpore. *Et humana carne subsistens.* Quia humus terra dicitur, de humanitate carnem assumpsit.

31. *Æqualis Patri secundum divinitatem, minor Patre secundum humanitatem. Æqualis Patri secundum divinitatem secundum illud : Ego et Pater unum sumus. Minor Patre secundum humanitatem* 100, juxta quod dicit : *Pater major me est* 101. In quo homo est minor a divinitate.

32. *Qui licet Deus sit et homo, non duo tamen, sed unus est Christus.* Ideo sic conjungi voluit Dei Filius cum humana natura, ut ex bis duabus substantiis fieret una persona.

33. *Unus autem non conversione divinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deo.* Non quod illa divinitas quæ est Filius Dei se convertisset in humanitatem, ut quod erat divinum, hoc fieret humanum; sed assumendo naturam nostram sic est unus effectus, ut non amitteret quod erat, sed assumeret quod non erat. Assumpsit humanitatem, et non amisit divinitatem.

34. *Unus omnino non confusione substantie, sed unitate personæ.* Non in eo naturæ commistio est, ut vel divinitas mutaretur in naturam humanitatis, vel humanitas converteretur in naturam divinitatis, sed utriusque naturæ manet proprietas in perpetuum. Tanta tamen conjunctio est naturarum, ut idem qui æternaliter ex Deo Patre genitus est, homo

sit verus. Homo propter suscipientem Deum, Deus verus, Deus Dei Filius; propter susceptum hominem, homo verus. Personam quippe Filii Dei non ex duabus personis unitam, sed ex duabus naturis existere credimus, de duabus personis compositam credere, ut nefas velamus.

35. *Nam sicut anima rationalis et caro unus est homo, ita Deus et homo unus est Christus.* Sicut enim ex carne et anima unum dicimus hominem, et unusquisque habet duos homines in se, unum carnalem, alium spiritalem, unum visibilem, alium invisibilem, unum mortalem, alium immortalem, ita Deus et homo unus est Christus.

36. *Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis.* In quo passus? in quo videbatur, in quo homo erat, in quo crucifixus, in quo mortuus, in quo sepultus, in quo resurrexit. Quia divinitas impassibilis est, sed in conjunctione personæ Filius Dei dicitur passus. *Descendit ad inferos,* id est, anima cum Verbo, quia priusquam humanitas assumpta est a divinitate, non est separata a Verbo, sed ipsa anima a corpore separata est. Quia si non esset separata, non posset mori. Et iste descensus ad solam animam pertinet. *Tertia die resurrexit a mortuis,* ut nobis exemplum resurrectionis ostenderet sicut propheta ait : *Post duos dies suscitabit nos et tertia die resurgemus, et in conspectu ejus vitemus* 102.

37. *Ascendit ad caelos, sedet ad dexteram omnipotentis, inde venturus est judicare vivos et mortuos.* Ascendit ad caelos ipsa humanitas quæ fuit passa, sicut angeli dixerunt : *Viri Galilæi, quid statis aspicientes in caelum? Hic Jesus qui assumptus est a vobis in caelum sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in caelum* 103. Quia secundum divinitatem ad nullum potest ascendere locum, sed ubique totus est. *Sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.* Dexteram autem Dei non carnalem, non corporalem, sicut humana habet natura, sed in hoc pro gloria Dei convenit accipere. Ac si aperte dicat : regnat in gloria Dei, et sedero pro regnare dicitur. *Inde venturus est judicare vivos et mortuos.* Venturus est in eadem forma in qua crucifixus, in qua mortuus, in qua sepultus est, in qua resurrexit, non in ea tantum humanitate in qua antea fuit, sed in gloria et majestate. Et ideo in eadem forma, ut videat Herodes et Pilatus quem judicaverunt, et videant Judæi quem tradiderunt, ut videant milites quem crucifixerunt, ut videant impium quem negaverunt. *Vivos,* quos ejus adventus invenerit in corpore viventes. *Mortuos,* qui mortui erunt ab initio usque in illum diem. Vel aliter. *Vivos,* id est, sanctos; *mortuos,* id est, peccatores cum peccatoribus suis [sic codex].

667 38. *Ad ejus adventum omnes homines resur-*

96 Psal. cix, 4. 97 Prov. ix, 1. 98 Rom. i, 3. 99 Luc. ii, 52. 100 Joan. x, 30. 101 Joan. xiv, 28. 102 Osee vi, 3. 103 Act. i, 11.

gere habent cum corporibus suis, et redditi sunt de factis propriis rationem. In adventu Christi unusquisque, sive justus, sive peccatores resurgere habent cum corporibus suis, et reddere de factis propriis rationem. Reddet autem rationem non fabula verborum, sed recordatione omnium que fecit, sive bonum, sive malum. Et secundum hoc unusquisque recipere debet, boni bona, mali mala.

39. *Et qui bona egerunt ibunt in vitam æternam, qui vero mala in ignem æternum. Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam. In vitam æternam erunt boni sine fine in gloria regnaturi. Qui vero mala in ignem æternum. Quia semper erit malis sine fine*

pœna inferni, et sine ulla misericordia cum corpore et anima non consumpturi, sed semper arsure, et nunquam deficient.

40. *Hæc est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit, sicut superius diximus. Ista est fides catholica. Hic rogat et admonet ut unusquisque sacerdos hoc sciat et prædicet. Quam, id est, quam fidem, nisi quisque, id est, unusquisque, fideliter, ut de ea non dubitet, firmiterque crediderit, ut nullus a sua fide removeri possit, nullus achismate vel hæresis. Et ita non crediderit, salvus esse non poterit.*

*Explicit Tractatus de fide catholica.*

#### MONITUM.

*Opusculum De Trinitate prodit ex ms. Regio 2358, videturque conscriptum post Chalcedonensem synodum: quo autem avo, ignoratur*

#### EJUSDEM (ATHANASII) DE TRINITATE. B

Unam esse naturam existimate Patris et Filii et Spiritus sancti, et hasce tres hypostascs, Patrem, Filium et Spiritum sanctum, quemadmodum, et baptizati sumus. Nam euntes, inquit, docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti<sup>1</sup>. Unam quidem naturam, quia plures celebrare et in multos deos dividere, ethnicorum est: tres autem hypostascs, sive personas; ut ne locum habeat Judæorum sententia, et ne absque prole et absque Verbo sit Pater: *Ex quo omnis paternitas*<sup>2</sup>. Et Verbum nostro verbo indigentius, si non habeat Spiritum. Et ut perfectum illud in tribus sit perfectis hypostasisibus. Nam juxta imaginem ejus qui in nobis est intellectus, verbi ac spiritus, ita est Pater, Filius et Spiritus. Spiritum porro cum audis, sanctum et hypostaticum intellige. Nos quidem corruptibiles sumus, et spiritus sôlvitur (a corpore). Ejus autem qui immortalis est, plane immortalis est Spiritus, utpote substantia quædam hypostatica. Una igitur est trinm hypostasium natura, una deitas, una voluntas, una operandi vis, una potentia, unum placitum, unus motus, unus splendor ex tribus exsiliens. Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus, hæc tria unus. Deus perfectus Pater, perfectus Filius, perfectus Spiritus sanctus: ejusdem honoris, ejusdem potestatis. Qui res omnes creaverunt, easque continent et curant. His tribus omnia similiter, sine discrepantia, eadem ratione conveniunt, sive quod esse, sive quod non esse spectat, sive quoad rationem qua se habent erga creaturas, sive quoad operationem, sive quoad potentiam, sive quoad æternitatem. sive quoad excellentiam spectat et causæ rationem. Quale est, idem esse, incorporeum

#### ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ (ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ)

Μίαν φύσιν ὄξατε Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος τὴν θεότητα, καὶ τρεῖς ταύτας τὰς ὑποστάσεις, Πατέρα, Υἱόν, καὶ Πνεῦμα ἅγιον, καθὼς καὶ βεβαπτίζεσθε. Πορευθέντες γὰρ, φησὶ, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Μίαν μὲν φύσιν, ὅτι τὸ πλεῖστον δοξάζειν καὶ κατατέμνειν εἰς πολλοὺς θεοὺς τὴν μίαν θεότητα τῶν Ἑλλήνων ἐστὶ· τρεῖς δὲ ὑποστάσεις, ἔχουν πρόσωπα, ἵνα μὴ σχῆ χώραν τῶν Ἰουδαίων ἡ ὄξα, καὶ ἵνα μὴ ἄγονος ἦ καὶ ἄλογος ὁ Πατήρ, ἕξ οὗ πάντα πατριά· καὶ ὁ λόγος τοῦ ἡμετέρου λόγου ἐνδείκτερος, μὴ ἔχων Πνεῦμα· καὶ ἵνα τὸ τελειὸν ἦ ἐν τρισὶ τελείαις ταῖς ὑποστάσεσι. Καὶ γὰρ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐν ἡμῖν νοῦ, λόγου τε καὶ πνεύματος, Πατὴρ, καὶ Υἱός, καὶ Πνεῦμα. Πνεῦμα δὲ ἀκούων, ἅγιον ἐνοπόστατον νοεῖ. Ἡμῶν μὲν φαρτῶν ὄντων, καὶ τὸ πνεῦμα λυόμενον· τοῦ δὲ ἀθανάτου πάντως τὸ πνεῦμα ἀθάνατον, ὡς οὐσία τις ἐνοπόστατος. Μία οὖν ἐστὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων φύσις, ἡ θεότης, καὶ μία θέλησις, καὶ μία ἐνέργεια, μία δύναμις, ἐν βούλημά τε καὶ κίνημα, καὶ ἔξαγμα τῆς λαμπρότητος τῶν τριῶν. Θεὸς ὁ Πατήρ, Θεὸς ὁ Υἱός, Θεὸς τὸ Πνεῦμα, εἰς τὰ τρία· Θεὸς τελείος ὁ Πατήρ, τελείος ὁ Υἱός, τελείος τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· τῆς αὐτῆς τιμῆς, τῆς αὐτῆς ἐξουσίας. Δημιουργὰ τῶν ὄντων ἀπάντων, καὶ συνεκτικὰ, καὶ προνοητικὰ, ὁμοίως πάντα τοῖς τρισὶ, καὶ ἀπαρράλλετος καὶ ταυτῶς, ὅσα τοῦ εἶναι, καὶ ὅσα τοῦ τι μὴ εἶναι, καὶ ὅσα τοῦ πῶς ἔχει πρὸς τὰ κτιστὰ, καὶ ὅσα τῆς ἐνεργείας, καὶ ὅσα τῆς δυνάμεως, ὅσα τῆς ἀβιότητος, καὶ ὅσα καθ' ἑαυτὸν, ἢ κατ' αἰτίαν εἶναι λέγεται. Ὄλον τὸ εἶναι ταυτῶν, τὸ ἀσώματον εἶναι τὸν ἀκατάληπτον, τὸ βασιλεύειν, τὸ δημιουργεῖν, τὸ θεοῦν, τὸ δύνασθαι, τὸ ἀίδιον εἶναι,

<sup>1</sup> Matth. xxviii, 19. <sup>2</sup> Ephes. iii, 15.

τὸ ἀρχὴν εἶναι ὑπεράρχιον, τὸ οὐσίαν εἶναι ὑπερ-  
 οὔσιον, τὸ φῶς λέγεσθαι. Τὸ δὲ σκότος τὰ συμβολικῶς  
 λεγόμενα, ὅσον θυμοῦσθαι καὶ ἐργίζεσθαι, ὑπνοῦν  
 καὶ ἐρηγορέναι. Ταῦτα πάντα τῇ μαφ' φύσει προ-  
 αρμύζοντες, οὐκ ἐκ τῶν κατ' αὐτὴν δηλοῦμεν, ἢ  
 νοοῦμεν αὐτήν, ἀλλ' ἐκ τῶν περὶ αὐτήν. Μίαν δ' οὖν  
 τὴν φύσιν εἰδότες τῶν τριῶν ὑποστάσεων, οὐδενὶ τῶν  
 Ἑλλῶν διαπερουσῶν ἡ τὰς ἰδιότησι ταύταις, ἐδ' γενεῖν  
 λέγω καὶ τὸ γεννηθῆναι, καὶ τὸ ἐκπορεύεσθαι, καὶ  
 εἶναι τὸ μὲν Πατὴρ, τὸ δὲ Υἱὸς, τὸ δὲ Πνεῦμα καὶ ὅτι  
 ὁ μὲν Πατὴρ γεννήτωρ καὶ προβολεὺς, γεννήτωρ μὲν  
 τοῦ Υἱοῦ, προβολεὺς δὲ τοῦ Πνεύματος· ὁ δὲ Υἱὸς  
 γέννημα, τὸ δὲ Πνεῦμα πρόβλημα. Καὶ ὁ μὲν Πατὴρ  
 ἕγεννητος, ὁ δὲ Υἱὸς γεννητὸς διὰ δύο ἄν, τὸ δὲ  
 Πνεῦμα ἐκπορευτὸν. Καὶ ὁ μὲν Πατὴρ αἰτίας, ὁ δὲ  
 Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα αἰτιατά. Καὶ ὁ μὲν Πατὴρ προ-  
 βολεὺς, ὁ δὲ Υἱὸς Υἱὸς μόνον, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκπο-  
 ρευόμενον· οὐ γὰρ ἐξίστανται τῶν ἰδιοτήτων, ὅσπερ  
 ὁ Πατὴρ τοῦ εἶναι Πατὴρ, ὅσπερ ὁ Υἱὸς τοῦ εἶναι  
 Υἱὸς, ὅσπερ τὸ Πνεῦμα τοῦ εἶναι Πνεῦμα, ἀλλ' ἡ μὲν  
 οὐσία κοινή. μετὰ τῶν τριῶν ἡ θεότης, ὥσπερ οὖν  
 τῶν τρία ἀλλήλους ἐνούμενα καὶ οὐ συγγεόμενα.  
 Ταῦτα μὲν ἰκανὰ εἰδέναι περὶ τὴν θεολογίαν.

Τέλος καὶ τῷ Θεῷ χάρις.

Finis et gratia Dei.

#### IN OPUSCULUM DE PASCHATE MONITUM

*Hic libellus nobis a clar. viro Antonio Muratorio, in bibliotheca Ambrosiana præposito transmissus  
 nuperrime fuit. Et quidem, ut mihi videtur, a Latino quodam scriptore Athanasii nomine exaratus est. Nihil  
 enim Græcum olet quod orationem spectat, etsi ut legentibus sciret saceret scriptor iste, et Athanasio hoc  
 ascribi opusculum curaret. rationem Paschatis computandi quæ apud Græcos obtinet sequi videatur. Verum  
 nonnulla hic comparent quæ minus peritum φηριστήν arguant, ut quod ait : Sic Pascha nec ante xi Kalen-  
 das Aprilis, nec post xi Kalendas Maii celebrari posse decretum est. Quod vel unum sufficit, ut Atha-  
 nasio adjudicemus : qui cum apud Ægyptios, computatores omnium accuratissimos vitam ageret, et curam  
 ordinandi Paschatis post decessorem suum Alexandrum, synodi Nicænæ jussu accepisset (nam Alexan-  
 drinis præsulibus hæc provincia demandata fuerat) ; in hujusmodi errorem nunquam delapsus esset. Quamob-  
 rem inter spuria merito ablegatur. Opinamur autem octavo vel nono sæculo adornotum fuisse, quo ævo  
 hujusmodi studia obtinebant.*

Incipit tractatus S. Athanasii episcopi Alexandrini de ratione Paschæ.

*Mensis hic vobis initium mensium, primus erit vobis  
 in mensibus anni. Loquere ad omnem synagogam  
 filiorum Israel. Decima mensis hujus sumite unus-  
 quisque ovem per domus paternas, et per singulas  
 domus; ita ut si non sint satis ad ovem, assumant  
 secum vicinum propinquum. Sument autem agnum  
